IOANNIS FRANCISCI GRANDIS

DISSERTATIONES PHILOSOPHICÆ ET CRITICÆ.






PARISIIS,
Apud PETRVM MENARD, in Academ. Paris. Bibliop. Iurat. viâ Veteris Enodationis, iuxta terminum Pontis D. Michaëlis, sub signo Boni Pastoris.

M. DC. LVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.









ILLVSTRISSIMO

SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDI

FRANCISCO THEODORO NESMONDO

ET ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

Humillimus IOANNES FRANCISCVS GRANDIS.



N, tanquam Prodromum, tibi nuncupanda Opera penè absolueram, ILLVSTRISSIME PRÆSES, *quùm, longo* τῆς φυλακῆς *tædio, pertinacia Morborum constantior, à debito tibi hocce munere me ipsum temperare vltrò coegerit. Istud tamen, qualecumque videatur, Opellæ molimen tibi offerre cunctatus haud sustinui; vt-potè, qui, ex præsumpto rei oblatæ genio, huius, quam mihi concessisti, dum*

ã ij

Innocentiam, τὸ Δίκαιον per fas, àc penès Ius Æquumquè, *tutatus es, vitæ rationem diligentiùs tibi subjiciam, & meum ergà te Animum tester vel moribundus. Quæso igitur parua hæc lubens accipias; omnia namque, si mea sint, tibi, quàm* Μίκτῳ, *meritò debentur; Ero equidem, ad vltimum vsque vitæ spiritum, me totum & vltroneum, quidquid præstiterim, iugiter & impensè tibi soluendo. Quarè is ego maximè sum, qui meorum officiorum impatiens, quasi præcoces vtcúmque Musæi primitias tibi dicem, valetudini, non secùs ac Libertati, vt queam tandem Cœpta perficere, impræsentiarùm præstolatus. Vale etiamque vale.*

Parisius, Kal. Decemb. CIↃIↃCLVI.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAr Grace & Priuilege du Roy, donné à Paris le 15. iour d'Avril 1657. Signé par le Roy en son Conseil CONRAT. Il est permis à IEAN FRANÇOIS LE GRAND sieur du Brueil les Herminieres, de faire imprimer par tel Imprimeur que bon luy semblera les ouurages par luy composés, sçauoir diuerses Dissertations Philosophiques & Critiques tant en Latin qu'en François, intitulées *Dissertatio in Epicuream Philosophiam de rerum communi viuendi Ratione* ΦΥΣΙΚΩΣ *spectatâ ad Thomam Campanellam; De variis Dei Nominibus Soli Attributis; De Solutione duorum Ænigmatum, quorum à Martiano Capella, ad calcem libri de Nuptiis Philologia proponitur: Alterum ab Hippocrate Coo, circa initium libri de vinendi Ratione editur explicandum. Discours Encomiastique sur la Rethorique Françoise à Monsieur de Barry & autres ouurages*, vendre & distribuer par tel Imprimeur ou Libraire qu'il voudra choisir ledit Liure de Dissertations durant le temps & espace de sept ans entiers & accomplis; à compter du iour qu'il sera acheué d'imprimer, & deffences à tous Imprimeurs & Libraires d'imprimer, vendre ny debiter sans le consentement dudit sieur le Grand à peine de trois mille liures d'amende, applicable vn tiers au Denonciateur, vn tiers à l'Hostel Dieu de Paris, & l'autre tiers audit exposant, & autres peines portées, comme il est plus au long contenu ausdites Lettres.


Ledit le Grand sieur du Brueil les Herminieres cy-deuant Conseiller & Substitud de Monsieur le Procureur General, consent que Pierre Mesnard Libraire Iuré en l'Vniuersité de Paris, iouysse du contenu esdites Lettres, suiuant l'accord passé entre eux le 30. iour d'Avril 1657. Signé le GRAND.

Acheué d'imprimer pour la premiere fois le 12. May 1657.

Les Exemplaires ont esté fournis.

TITVLI

DISSERTATIONVM QVÆ IN hocce Tomo continentur.



IOANNES FRANCISCVS GRANDIS LECTORI.

QVANTO magis magisq; cogitamus Humanum Animum, prauâ adeò res serias vel sacras, secius-nihilò quàm ludicras vel profanas carpendi libidine deuinctum, aliam ex aliâ, & omnia prorsùm in peiorem partem sibi cudere: tantò lubentiùs hùc locorum adducimur, qui priuam vllam ac peculiarem Doctrinam minimè sectari nos, ast vulgatam dumtaxàt, & Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ Sanctitati ritè congruam sapere profiteamur Orthodoxi. Iccircò, si quid communi, quâ laborat mens hominis, infirmitate, perperàm fuerimus præter-lapsi, illud penitùs omne subdimus quàm humillimi, summo illi sapientissimo-

rum, qui rebus Theologicis Canonicis-ve præsunt, Magistrorum κειμεῖρ. *Quâ de caussâ, quod Lectorem iterùm iterúmque monitum prætendimus, omnium fermè, quæ his in Dissertationibus continentur, Principiorum* * non Au-
* In Philosoph. Epic. r. pag. 12. vers. 9. thores nos (*hac enim ipsissima sunt verba, quibus in Epicuream Philosophiam dissertando, nostrum aperuimus sensum*) sed Conciliatores solùmodò & Explanatores profitemur. *Immò, sub initium Dissertationis* DE VARIIS DEI NOMINIBVS SOLI ATTRIBVTIS, *sic clarè & apertè, quæ sit nostra mens, his vocibus inculcauimus*, * præsenteis has, quas
* Pag 115. vers. 4. elucubrauimus Priscorum ῥαψῳδίας, arcana-ve figmenta, non vt nostra, neque adoptiua, verùm vt expostititia & collectitio dumtaxat modo assuta planè consarcinauimus. *Et circà finem eiusdem Dissertationis, ità vetustissimam illam Gentium Doctrinam ludendo, sanciuimus* * veteres illos Μωροσόφους. Sensui potius,
* Id. pag. 131. vers. 26. quàm rationi vltrò confisos, res, quas colimus diuinas, fuisse perperàm contemplatos; Hi pro quippè, Magnalia Dei pro ipso Deo, Effectum pro Caussâ, Domum pro Architecto, non Oculis, sed Mente vtcúmque capti statuebant. *Sciat igitur, vel Sycophanta quilibet, nos non solùm*

ſolùm alienâ mente ab veteribus eſſe, quòd iàm in propatulò eſt, quodque vel res ipſa vltrò indicat, verùm etiam aduerſans aliud ac debellans Inſtitutum toto noſtrarum Diſſertationum tenore penitus intendiſſe. Etenim, nec quiuis, vti ſat ſcimus, ex lectione harum Diſſertationum ibit inficias, quod per nos hùc non ſteterit vſque, quominùs inania illa vetuſtiſsimorum cùm Poëtarum tum Philoſophorum commenta planè diluta forent, & ex animo, vt Terentiano verbo fruar, prorsùm exſputa. Et, ne liuidus Obtrectator quiſpiam vel quilibet Examinator malè-conſultus nobis iniurius eſſe valeat, atque etiam, ne vnum aliquod verbum leuiter perceptum & prauè intellectum quamdam in nos erroris labem conſciſcat, (ſunt autem qui liuore vano aut anili ſuperſtitione moti nodum in ſcirpo quærunt) declaramus, quùm de Ioue, ſiuè Baccho, ſiue Sole, ſiue τῷ ΥΗ, *ſeu vniuersâ Mundi Animâ, quæ penes nos nulla eſt, habuerimus ſermones, nos modo veterum eorumque genuinis loquendi formulis, non autem noſtro ſenſu, Philoſophicis & Criticis his paſsim Diſſertationibus locutos fuiſſe: Imò-verò, neque Spiritum* ἁπλῶς, *Subſtantiam illam Æthercam, quâ de fusè egimus, cuncta ſubeuntem, & agitantem, ſed* ME-

ẽ

παροιμιακῶς solúmmodo intellexisse nos, scripsisse, docuisse. Haud enim futilis & caduca in nos isthac inceßit opinio; ut-potè minimè gentium hæc & simillima veterum portenta in animum Fide Christianâ fultum æquè àc subactum, usquàm venire quaquâ ratione queunt. Et ne scrupulus, qui nos malè habeat, vel κειμηλιωδεστάτῳ restet ullus, ubi de originibus τοῦ Ιαω, vel τοῦ ΥΗΣ & τοῦ Iobacchus, nonne friuola & ludicra Sathana Μορμολυκεῖα sanctis & sacris τοῦ verè ἀῤῥήτου ineffabilis יהוה Altißimi Mysteriis quadrare utcúmque exposuimus & demonstrauimus? Scirelicet profano Gentilis ritus conatu Princeps Tenebrarum imitatus est Dominum Lucis, imò ipsam Lucem Veram quæ illuminat omnem
*Pag.129. hominem. Propptereáque adnotauimus * τὸ Ιαω siue τὸ Iaouacchus, àc, uti dictitabant, Iobacchus, pro nomine poni Tetragrammato יהוה, putà surdiùs auscultato, & ab Græcis reliquisque Gentibus perperàm percepto. Vesani enim & malè sibi cauti Hebræorum Dogmatum Exscriptores exstitere plerique Ægyptiorum, Phœnicum, Græcorum, cæterorumque profanorum Magistri, vulgò Sapienteis àc Theologi insulsè iactati. Quod cuiuis scitu perfacile est. Huc item cedit, & quàm parile, quod Ritibus ac Cerimoniis Gentium agentes, voce τῷ SACRA & τῷ

SACRVM *abusi promiscuè non fuerimus. Nimirùm illud τὸ* SACRVM *eodem, quo intellexere olim Festus & Paulus, sensu expressimus; Siue penes Sextum Pompeium, non secùs ac* SACRAM VIAM *Prisci dixerint, siue penes Iure-consultos, haud aliter quàm* SANCTA MOENIA, SANCTAS PORTAS *vocitauere Romani*, l.Sacra. §. propriè dicimus. de rerum diuis. *vel potius, sicuti Christianum sapere maximè decet, iuxtà Maronis mentem, qui cecinerit illud hemistichium* Auri SACRA Fames. *Quin etiam, quùm sub finem Diatribæ* DE SOLVTIONE ÆNIGMATIS HIPPOCRATÆI *scripserimus hanc Naturæ prolepsim*, quælibet res mundana quamdiu subsistit, destinatum àc ratum FATVM suum explet; *Sanè* FATVM *mundo assignare nobis non fuit animus; vtimur solùm verbis Hippocratis, vt eius doctrina, quâ-de illic loci disceptatur, illustrior patescat: Proindeque hæ voces Græcæ Latinas nostras mox subsequuntur;* τὴν πεπρωμένην Μοίρην ἕκαστον ἐκπληρεῖ. *Quid ni? nostrâ insuper progymnasmaticâ Dissertatione, vbi dixerimus vernaculo isto sermone;* Que la bonne Fortune, qui n'est que l'Effect des Decrets de Dieu & de l'Ordre de sa Prouidence, est

tousiours accompagnée de quelque ombre de cette vertu, qui suit tousiours quelque Rayon de GRACE. *Profectò, ne vitilitigationis Ianseniana, qua nos procul fugit, insimulare nos quis potis sit, Vocem* τὸ GRATIA, la Grace, *more diui Augustini, suis passim in operibus, latè sumptam à nobis, quod sæpe-sapiùs vsu sermonis venit, palã facimus. Pari certè nostrarum Elucubrationum animaduersione, circà Gallicam hanc alteram, ad Ludouicum Guezium Balzacium missã, Dissertationẽ, recognoscimus nos rectè dixisse*; ✱ Vous sçauez quel secours le diuin Platon a presté à tous les Docteurs de l'Eglise Grecque & Latine. *Siquidem, haud strictè Doctores omneis subaudimus: hoc autem in loco per* τὸ omneis *designamus Doctores plerosque, id est, vt-plurimùm ab Platone sua de rebus Metaphysicis, Theologicis-ve Theoremata fuisse mutuatos; A majori namq; parte, vti vulgus loquitur, fit plerúmq; denominatio; etenim totũ pro parte, vti pars pro toto, Grãmatices regulis,* συνεκδοχικῶς *vsurpatur; Heinc illud Virgilij*, vos ô Calliope, precor, aspirate canenti; *Videlicet Poëta Romanus per* Calliopem *omneis Musas inuocatas laudando pangere sibi confidit. Caterò*, LECTOR ERVDITE, *hac Aduerbia* Scitissimè, Appositè, Apprimè

✱ Pag. 45. vers. 5.

& huiusmodi simillima, quibus identidem Philosophicorum & Criticorum isthìc locorum gauisi fuimus, ad concinnam potissimùm & æquam Antiquorum Autorum citationem, non autem per modum approbationis consensionis-ve planiùs ab nobis prolata sunt. Porrò, si quid Christianæ, nedùm tritæ & vulgò receptatæ Aristoteliæ Doctrinæ hàud facilè accōmodum, àc præter nostrum institutum, improuisi ediderimus, ne vel vllus imposterùm suboriatur scrupulus, circà hoc & simillimùm penitus omne, ipsos nos reflectimus, & ad τὸ ὀρθόδοξον *Catholicæ Sapientiæ ritè addicti reuocamus. Quod certè nostræ mentis quasi-monimentum, vti notum maximè fiat, hùc appendimus, & spontanei nos, etsi tanto tamque spectando, qui Publici* Censoris *vicibus functus sit, Monitore illo magni Ingenij, probatæ Doctrinæ & insignis Pietatis viro, cuius quidem, volente se præ modestiâ, tacitum habebis nomen, eatenùs directi, iam-iam præstamus, agnoscimus, & ratum statumque intimè habemus. Nec illud ipsum nos latuit, quod diuinè pronuntiat Ecclesiastes Effatū,* * cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone; *Vbi etiàm posteà prudenter Ecclesiastes idē admonet*, peruersi difficilè corriguntur; *ac tandem sapientissimè concludit,* qui addit Scientiam, addit & Laborem. *Vale.*

* Lib. iuxtà Hebræos Coheleth. cap. 1.

ADDENDA,

QVÆ QVIDEM OB TYPOTHETARVM Correctorumque errorem aut incuriam, vel laborante integro Rei sensu, omissa planè & præterita fuere.

SVb finem DIATRIBÆ DE SOLVTIONE ÆNIGMATIS A MARTIANO CAPELLA PROPOSITI. Pag. 167. post hæc verba, *vltrò amplexatur.* Quod quidem illustrat illud nostri Capellæ, vicissimque ab eo illustratur. Etenim, de Monade seu rerum vniuersarum vnitatė sermocinatus, Martianus ille ita sancit. * *Licet Aristoteles ex eo quod vnum Solum ipsa sit,* (Monadem designat, quam Psychen, seu Aristotelium τὸ Θεῖον, quod τὸ ὅλον, vti docet, μετέχει, maximè * intelligit) *& se quæri semper velit,* CVPIDINEM *asserat nominatam, quòd se cupiat: Siquidem vltrà se nil habeat,* * *& expers totius elationis aut Copulæ,* Anima enim Mundi non potest alteri coniungi, vt potè Solâ, *in se proprios detorquet ardores. Hanc quóque alij* CONCORDIAM, *hanc* PIETATEM, AMICITIAMQVE *dixere, quòd ità nectatur ille Cupido, vt non secetur in partes.* Ideóque Maro, &c.

* Lib. 7. de nuptiis Philolog.

* Metaphys. lib. 14. cap. 8.

* Corrigendus hic vulgatus Capellæ textus.

Pag. 178. pòst hæc verba, ΤΗΣ *sanè* IↃCVIII. *Numeros, facit Additione Arithmeticâ, eosque ex Græco Calculo Mysticè, sicuti exploratum habemus denotat.* Nec certè, citrà Mysterium, Principem Naturæ Caussam, siue Solem, siue Animum vniuersum ꝧ ΤΗΝ

affectant numeri 608. Namque Hexas siue Senarius Numerus, quùm suis omnibus partibus impleatur, *Perfectus* vtique est: est enim à paribus impar, & ab imparibus par; Simili sanè ratione, quá * Triangularem Numerum Quatuor, Quadrangularem verò tribus Diis Philolaus attribuerit: adeò vt reciprocum & alternum eorum transitum exhibeat, àc omnium in omnibus, putà imparium in Paribus, & parium in Imparibus communionem designet. Si quidem Ternarius Tetradicus, sic vt & Quaternarius Triadicus inexistit: ità vt ambo fœcundorum & efficacium Bonorum participes, rerum generandarum genitarumque vim & perfectionem àc Ἐντελεχίαν cótineant & tueantur. Eapropter Senarius Numerus Veneri siue vi Rerum Generatrici & Altrici addicitur. Audiamus Martianum nostrum hoc in negotio sermones conferentem, *Hexas siue Numerus Senarius* VENERI EST *attributus, quod* EX VTRIVSQVE SEXVS COMMIXTIONE CONFICITVR, *id est, ex Triade*, QVI MAS, *quod Impar est Numerus, habetur: & Diade*, QVÆ FOEMINA, *Paritate, nā bis ternis, vti terbinis Hexas fit.* Heinc Perfectio & Analogia istiusce Numeri IↃCVIII. Etenim Ambisexus Bacchus, siue Iupiter, id est, Ἀῤῥενόθηλυς ille THΣ, sicuti posthàc iterùm iterúmq; enucleabimus, Venerē putà Hexada Hecatontadis siue Numeri Cētenarij perfecti & cumulati, vnà cùm Octade nempe Vulcano, quæquidem ratio Ἀῤῥενοθηλίας mundanæ vtiquè est, planè designat. Si quidem Dias Materiæ procreanti, Trias verò Idæalibus Formis ritè aptatur. Octas au-

* Proclus libro 2. in primum Elementorum Euclidæorum.

Arcana ratio cur vox THΣ Numeros 608. trinâ suâ litterâ, Mysticè designet.

tem siue Numerus Octonarius perfectus item est, quòd à Septenario tegitur; & Octonarius Cubus, vt Monas omnium Numerorum, est omnium Cuborum primus: proindeque Cubus Matri Deorum Μυςικῶς fuit cósecratus, heinc ritè CYBELE, teste Martiano, * nuncupatur. Porrò Octas Vulcano affingitur, quòd ex primo Motu nempè Diade, quæ Iuno est, planè constet. Namque Dias per Diadem facit Tetrada, bisque ducta facit Octadem. Ideoque ex Octade népè Vulcano & Hexade Centenariâ scilicet Venere, arcanis his ambobus Numeris 608. Mare & Fœminâ, Marito & Coniuge, sicuti meditatur Maro, * *quùm Pater omnipotens fœcundis imbribus Æther*, CONIVGIS *in gremium lætæ descendit*, constituitur perfecta & tota rerum Natura, seu vniuersa Mundi Anima, vis rerum prolifica, communis Bacchus, Mise Orphica, siue ΤΗΣ, cui LITTERA TRINA SEXCENTIS ILLIS OCTO NVMERIS *Sacrum Numen conformat*; is, inquam, ipse qui VERAM DEVM FACIEM ET VVLTVM PATERNVM SVSTINET. Quare mirum esse minimè iàm debet, quo ritu, quâue arcanâ Theologicæ Arithmetices * ratione, sacra illa vox τὸ ΤΗΣ, Octo & Sexcentos Numeros designans, ipsi Ætheri, siue Soli, àc Ioui ab veteribus Mystis Orpheotelestis-ve attribuatur. Hùc enim vsque, omne horum 608. Numerorum Mysterium per ipsum Capellam, à quo abditissimæ hæ Numerorum Analogiæ penè omneis depromptæ sunt, habemus clarè & apertè explicitum, intimèque peruestigatum. Perperàm autem noster Grotius, &c.

* Lib. 7.

* Virgil. Georgic. lib. 2.

* De quâ Proclus passim in Operibus, & Author Anonym. Θεολογ. Αριθμητ.

IN DISSERTA-



IN

DISSERTATIONES

PHILOSOPHICAS ET CRITICAS,

PRÆFATIO.



EMINI non constat, qui vel primis veteris Μυσταγωγίας Ritibus initiatus fuerit, omnem priscarum Gentium Religionem, arcana-ve Sacra fermè singula, non secùs ac Scientiam illam, quam Græci vocitauere Φυσικὴν, in solâ Naturæ Cognitione potissimùm versari. Quod planiùs liquet ex superstitibus & interpolatis Orphei, Homeri, Hesiodi, vel Trismegisti, siue potius Sapientum Ægyptiorum, * imò, Parmenidis, Pythagoræ, Platonis, & posthàc, Iamblichi, Procli, Porphyrij cæterorúmque eiusmodi cùm Poëtarum, tùm Philosophorum, monimentis. Ab his enim planè omnibus Natura conspicabilis pro Deo Inuiso promiscuè àc temerè habebatur; Ideóque, testibus Eusebio * & Stobæo, * *Iupiter illis erat Mundus vniuersus, Animans ex Animantibus, àc Deus ex Diis.* Quælibet enim Mundi,

* Qui vulgò circumferuntur Mercurij Trismegisti Dialogi sunt fragmēta Ægyptiorum Sacerdotum Deo Mercurio dicata & inscripta.

* *Lib. 3. de preparat. Euang.*

* *In fragmentis siue Eclogis.*

siue Naturæ Particula, Deus vel Dea censebatur, quoniam Pars sequitur Naturam Totius, Diuinam vtiquè Naturam statuebant, subindeque Parteis vt Diuinas, Deos & Deas coluere. Quæ quidem scitu planè digna, & ad vetustioris abditiorisq; Doctrinæ inuestigationem apprimè necessaria priscæ scientiæ θεόληψις, offusam omnem veterum Scriptis caliginem prorsùm amolitur. Heinc patet, quo præsertim Mentis sensu, Seneca Stoicus sit olim effatus, * *Magni Animi res fuit, rerum Naturæ latebras dimouere & IN DEORVM SECRETA DESCENDERE*; Et Aristoteles * ità rem constituit, ἡ δημιουργήσασα φύσις ἀμηχάνους ἡδονὰς παρέχει τοῖς δυναμένοις τὰς αἰτίας γνωρίζειν, καὶ φύσει φιλοσόφοις. *Natura Parens & AVTHOR OMNIVM ingenuas præbet voluptates hominibus, qui rerum Caussas intelligunt, nec non liberaliter de Naturâ Philosophantur.*

* *Natural. Quæstion Lib. 6.*
* *Libro de partibus Animal. primo cap. vltimo.*

Profectò, qui ritè consultus hosce, in legendis primorum Hominum Scriptis, Canonas sibi statuet, affictam illis omnem penè contradictionem planiùs dignoscet, abstrusiora rerum dogmata penitissimè rimabitur, & occultam vtique scientiarum rationem sibi prorsùm reuelabit. Propterea huc maximè Mentem direximus toto harum nostrarum Dissertationum Tenore. Namque *illâ ipsâ nostrâ in Philosophiam Epicuream Dissertatione*, non modò quæ præter-lapsus fuerat Petrus Gassendus adnotauimus, discussimus, demonstrauimus, verùm etiam Secretiora veterum Placita, purà Orphicorum, Ægyptiorũ, Pythagoricorum, Cabalistarum &c. inserta,

uimus, enucleauimus, probauimus. Quid ni? hac alterâ, *de Abditioribus rerum Naturalium Caussis*, siue *de rerum Communi viuendi ratione φυσικῶς spectatâ, ad Thomam Campanellam*, Scripta Dissertatione, veterum Magorum, id est Sapientum (vt enim ab τῷ Surdus Surdaster, ità ab τῷ Magus Magister) Orphicorum, siue antiquissimorum Epoptarum, Ephororum, Teletarumque, nec-non Democriticorum, Chemicorum & Variorum istiuscemodi Sophorum Effata, mentibus vel obtusioribus planè subiicere adnisi fuimus; Subinde verò Tertia, quæ *de variis Dei Nominibus Soli attributis* habetur, Dissertatio, vnà cum quartâ illâ, quæ *Martiani Capellæ & Hippocratis Coi Griphos ac Ænigmata* apprimè soluit, quemque docet, & quàm euidentissimè, Religionem omnem, quæ olim de rerum Naturâ solummodò agebat, ex Ægyptiis Athenas ab Orpheo fuisse adductam, illícque institutam; Videlicet, & omnem Græcorum Philosophiam, mutato, dumtaxat rerum Nomine, vt * OSIRIS, *Bacchus*, *vel Apollo*; ISIS, *Ceres vel Proserpina &c. passim* ab ipsis Ægyptiorum Sacerdotibus acceperat Thracius ille Poëta, vti Clemens, Eusebius, Epiphanius, vel refragante Petauio, viro alioqui multiscio, pariterque Plotinus, Malchus atque Iamblichus retulere. Quod quidem apud Athenæum * Atticis populis obiectat Aristophanes in Horis; Sic enim iocatur, Αἴγυπτον αὐτῇ τὴν πόλιν πεποιηκὼς ἀντ᾽ Ἀθηνῶν, *Athenarum loco Ægyptium fecistis.*

* De his pellege Plutarch. de Iside & Osiride. Horum Apollinem lib. de Hieroglyphicis Ægypt.

* *Libro 9.*

Certissimè Naturam hanc aspectabilem, tan-

quam Dei Parteis & omninò Membra, ficuti colligere eſt ex Orphei verſibus ab Clemente, & poſthàc ab Euſebio recenſitis, malè-conſulti venerabantur. Proindeque quot Naturæ Vires & Facultates fuere contemplati tam Ægyptij Sacerdotes, quàm Græci Orpheotelestæ, tot Deos Deaſque ſibi finxerunt, àc dein adorarunt. Hoc ſanè patet ex Hymnis Onomacriticis, & ex Homerica Ῥαψῳδίᾳ, veluti enucleauere, Porphyrius, Phurnutus, & poſt Platonem, Proclus Lycius locupletiſſimis ſuis in Timæum & cæteros Platonis Dialogos Commentariis. In his verò latitant abditiora, vt & ſublimiora rerum Naturalium Arcana: quod vltrò fatetur Ariſtoteles, priſcos Poëtas indigitando, vbi de Naturâ Seminis ratiocinatur; * Et in Meteorologicis, quùm vaporum Circulum probet, *quem* OCEANVM *Terras-ambientem* vocitat, ſcilicet more τῶν παλαιῶν *priſcorum*, id eſt Poëtarum, ſiue Theologorum, (Poëtæ enim & Theologi apud veteres iidem planè) & ità demùm ſuis promiſcuè in Operibus. Liquet ergò quòd, penes vetuſtiſſimos Gentium, ſingulæ totius Mundi particulæ, earumque vires occultiores, variis & Myſticis Nominibus, Titulis, Tropis, Epithetis alioqui prætextæ, in vnam totius Mundi Artus animantem, cientem & conſeruantem Vim pertinent & concedunt. Ideoque apud Lactantium * Lucilius primo Satyrarum,

Vt nemo ſit noſtrûm, quin aut Pater optim' Diuum
Vt Neptun' Pater, Liber, Saturn', Pater Mars,
Janu', Quirinu' Pater, omnes dicamur ad Vnum.

* *Libro de generat.*

* *Libro 4. cap. 3.*

Et Annæus ille, quarto de Beneficiis Libro, *Omnia eiusdem Dei Nomina sunt variè vtentis suâ potestate.* Vtpotè, iuxtà varios Naturalis potestatis vsus, varia ab inani & vanâ Ægyptiorum Græcorū & Romanorum hominum Religione, cōficta Nomina vis illa occulta & cuncta entia corporea mouens accepit. Quam item doctrinam vel ipse Hippocrates sectatum se fuisse nobis demonstrat. Siquidem libro de Diæta * sic τῶν προτέρων *primorum hominum* sermonem loquitur; φύσιν πάντες Θεοὶ διεκόσμησαν *omneis Dij Naturam componunt, concinnant & perficiunt.* Quæ quidem ridicula omnia Gentilium Sapientum Μορμολυκεῖα, toto de Ciuitate Dei libro, quem vacat cuique consulere, S. Augustinus ridet apprimè àc ludit. Porrò nisi quis apprimè calleat veterem hunc loquendi modum, neque Poëtas modo, vti Orpheum, Hesiodum, Homerum, Virgilium &c. sed & Philosophos, putà Trismegistum, Pythagoram, Platonem, imò & ipsum Aristotelem &c. minimè prorsùm concipiet & percunctabitur. Quod sanè constat ex eâ, quam edidimus de Hippocratæo Gripho Dissertatione. Quid ni? Franciscus Patricius integro illo volumine, cui Titulus est, *Noua de vniuersis Philosophia*, & Augustinus Eugubinus libro de Perenni Philosophiâ, hanc, quam illustrauimus Doctrinam, primoribus, vt aiunt, labris solummodò delibauere. Quod maximè notandum ducimus.

* *Lib. primo de viuendi ratione.*

Ne mirere igitur, Candide Lector, si frequenter adeò veterum Fabulis, Figuris, ac Mysticis Orpheotelestarum vocibus, promiscuè dissertando

fruiti simus. Hoc enim ex Instituto & de industriâ præstitimus; Quippe, vt ij, qui nostras has Dissertationes pellecturi sint, Arcanâ illâ, quæ tota fermè Physica est, vetustiorum Sophorum Mystagogiâ quadamtenùs initientur. Neque autem in his docendis, aut addiscendis, vel minimùm periculi inesse quoquo modo potest; Etenim, vt ait, Diuus Augustinus, * *Quid? vsque adeò-ne Maiores nostros insipientes & cæcos fuisse credendum est, vt Bacchum, Cererem Deos putarint? Imò vnum Deum credebant, cuius illi munera, illæ functiones, essent. Igitur in Iuramentis, post enumeratos Deos, transibant ad generalem Inuocationem, & omnes Deos Deasque inuocabant, significantes hos omnes in vnum contrahendos esse.*

* *Lib 4. de Ciuitate Dei, capite XXVI.*

Hæc ergò ab vltimâ Antiquitate repetita Scientia, non solùm enucleat Orphicos omneis Hymnos, * omniaque Hesiodi & Homeri Opera, sed & plerasque Pici Mirandulæ Conclusiones & potissimùm Orphaicas. Quare hic iste à nobis publici iuris factus Liber, qualiscumque sit, hàc potissimùm ratione editur, quoniam occulta veterum Theologorum ~~aperiat, Sacra reuelet~~, Mysteria enucleet, (ne dicam eorum omnium fatuitates circà res, quas sibi sacras volunt, sagacioribus àc Nasutis planè ostēdat) adeò vt, si ritè præsumamus, hunc nostrū librum HIEROPHANTA meritò possit nuncupari. Nimirùm docente Hesychio, is ipse est ὁ τὰ Μυστήρια δεικνύων *qui Mysteria demonstret*, & penes Plutarchū ὁ δεικνὺς τὰ ἱερὰ *qui Sacra explicet putà veterū*; Critica namq; hæc omnis nostra Philosophia, abdita vtcùmque, haud paucos

* *Vide quæ elucubrauimus in vetustissimam Orphei Theologiā, siue subcesiua opera de mysticis Orpheotelestarum Initiamentis.*

latet; vt quæ ſit ex canâ ac vetere occultioris Naturæ Magiâ, id eſt, ex Orientalium illorū Contemplatorum Sapientiâ eruta penitus, ſelecta, digeſtaque. Eapropter Opus iſtud, cuilibet Philoſopho perutile, quinimò Priſcorum Doctrinæ incumbenti & addicto apprimè neceſſarium cenſemus. Vt-potè, in quo, præ noſtrâ hac Sapientum fermè omnium CONCILIATRICE SCIENTIA, quantùm pro virili potis fuit, ἀποδεικτικῶς probatum ac confirmatum habemus, Hebræorum Cabaliſtas, Ægyptiorum Sacerdotes, Perſarum Magos, Indorum Gymnoſophiſtas, Gallorum Druidas, & Latinorum Doctores, cum nouâ tàm Orientis, quàm Occidentis republicâ Litterariâ, CIRCA RES NATVRALEIS, * *diuerſum dumtaxat verbis, ſed vnum re eundemque veritatis tenorem* fuiſſe ſectatos & adeptos; Ita-vt, à nobis diligenter explicitis totius Naturæ Principiis, varia Zoroaſtreæ Magiæ, Etruſci Ritus, Græcæ Poeſεως, Peripateticæ Ἀμφιβολίας, Pythagoricæ Diſciplinæ, Phariſeanæ Cabalæ, nec-non Ægypticorum Hieroglyphicorum Myſteria, Arcanaque Placita in editis paſſim PHILOSOPHICIS HISCE DISSERTATIONIBVS AC DIATRIBIS, exponantur, pandantur, enucleentur. Interim, Vale, erudite Lector, & ſubceſiuis iſtis noſtris Operibus lubens fruere.

** Nota; hic omnibus in Diſſertationibus omnigatis, ſo lummodò de rebus Naturalibus non autem de diuinis agitur, alio autem non ſpectant. Notū enim eſt veteres in Scientia vel Religionis negotio Naturam conſpicuam nunquàm prætergreſſos fuiſſe.*

Ἑκὰς, ἑκὰς ἔστε Βέβηλοι.
Procul heinc, procul eſt Profani.

Pariſiis, ex Muſæo. Kalend. Septemb. CIↃIↃCLVI.

MONITVM.

Lector candide, Hæ dumtaxat Dissertationes, in alterum Tomum quàm-primùm compingendæ, quarum Titulos legere potes infrà suppositos, præ ingrauescentis, quo laborat Author, morbi angustiis, prælo commissæ, nundùm verò correctæ, excusæ & editæ, verùm propè-diem, quùm ipse conualuerit, euolgandæ, isthìc desiderantur.

Dialogus de Immortalitate Animæ.
Ad Ægidium Sanctyonianum Regis à Consiliis, Fluuiorum & Syluarum Magistrum, Vxoris Patruum.

Accurata in Cuiacij obseruationes Criticæ.
Ad Iacobum Martinetium in Supremâ Galliarum Curiâ Aduocatum celeberrimum.

De Naturæ Circulo.
Ad Renatum Moræum Regium Professorem Medicum.

Demonstratio Philologica, quâ patet Hellenismi & totius fere Grammatices Græcæ Rationem ipsamque Anomaliam tam Nominum quam Verborum, in solâ Litterarum siue Alphabethi cognitione omninò constare.
Ad multiscium Gerardum Ioan. Vossium Batauum.

In Astrologiam.
Ad Amicum suum Balduinum Montarcianum.

Commentarius in omneis Pici Mirandulæ Propositiones, quas olim dispntandas Romæ proposuit.
Ad illustrissimum virum Franciscum Wilielmum LAMOIGNONIANVM Libellorum supplicum Magistrum integerrimum.

DISSERTATIO



DISSERTATIO IN EPICVREAM PHILOSOPHIAM.

AD PETRVM GASSENDVM.



VM Hesternâ die, coràm Illustrissimis Viris nec-non sibi inuicem charissimis Fratribus ERRICO MEMMIO ET COMITE AVAVXIANO, sermones tecum de germanâ Epicuri Philosophiâ conseruissem, MI GASSENDE, in solitum Musarum nostrarum Secessum me recepi; & memoriâ recolens, has omnes quibus communem Epicuri Mentem impugnaueram, Demonstrationes, taleis enim innueras, vtquæ tuum præcipuè affecerint animum, mittendas ad te, qui eas priuatò expendas, paucis hisce Scriptis perstringere duxi necessarium. Non es interim nescius subsceciuis istis operibus, incumbere me veritatis dumtaxàt studio, exercendique Genij gratiâ. Quin etiam minimè dubius haud diffidis omnis omninò Epicurei Horti ruinæ Vadem me ac sponsorem præ-

ſtare; vtquum maximè, quod te huiuſmodi negotij gnarum non fugit, de trito ac vulgato Lucretij Dogmate προγυμνασματικῶς, *per modum Tentatiuæ*, agetur. Videlicet potis tibi fuit Infinitionis, quam ἀπειρίαν Græci vocant, vacuitatis, & planè Atomorum Scientiam, iuxtà Lucretium dico, (Atomos enim Materiei Peripateticæ vicibus functas, quis ἁπλῶς ibit inficias,) præſenti hacce Diſſertatione, nedùm fractam quadantenùs, verùm à fundamentis penitùs excuſſam aduertere. Et vt rem à me ſuſceptam, eò potiſſimum, quò ritè ſtudet Animus, deducam, fateare, neceſſe eſt, non exoſas modò Bene-ſanis omnibus, qualeſcumque ex Lucretio ſuperſtites habemus, Epicureas Maximas fatiſcere, verùm etiam vanas ac futiles ſibi ipſis vltrò aduerſari? Itaque adnitor eas, quales ac quantas ſibi affinxerint acerrimi Deffenſores Lucretiani, impræſentiarùm exhautorare: ac proinde is tandem ſum, qui aliorum mentes ad diuerſoria Σοφιστικῆς *Sophiſtices ſiue falſitatis* deflectentes, in auium veritatis callem rectâ queam dirigere. Igitur in tria ſolummodò Capita partiturus præcipuas, quas tecum agitaui, de Philoſophiâ Epicureâ Quæſtiones, te ipſo interdùm auſpice, ſic aggredior.

DE INFINITO EPICVREO.

Abs re Infinitas Atomorum & Vacuitatis, nec citrà Paralogismum, à Lucretio constitui planè demonstratur.

LIquet obuiam cuiuis atque promptam fore, ob ea ipsa placita, quæ de Infinito à Lucretio iactantur, Epicureorum contradictionem. Scilicet, quæ primùm de Motu rerum Naturalium Rectore vnico elicitur cogitatio, in meram, pro Infiniti ratione, repugnantiam incurrit. Nullus enim in Naturæ negotio statueretur terminus, siue à quo res ordiretur, siue ad quem pertineret; si Principij munus obeat Infinitio Epicurea. Ecquonam modo quælibet Atomus, suppositâ Infiniti ratione, aliam atque aliam posset contingere? Quis enim diffitebitur vel complexionem, vel copulationem vel adhæsionem Atomorum, inter se, quo quid fieri possit in Natura, minus, haud esse necessariam. Namque citra Motum impossibilis omnis Naturæ actio; stante ergò Infinito, manca est & inanis quælibet Naturæ vis: seu potiùs, quod clarum cuique patet, Natura penitùs nulla. Dato Infiniti nullus Motus in Rerum Naturâ.

Huc cedit ad illustrationem huiusce nostræ Demonstrationis illud idem, quod Lycius Platonicus nobis insinuat. Sic enim, ni fallor ille; vbi non datur terminus, ibi non datur quies: vbi nulla quies, ibi nullus Motus, quippe Motus quietis ergò. Si- *Lib. de Prop. Physic. & Theol.*

quidem quidquid mouetur, vel propter se mouetur, vel propter aliud; non autem propter se, alioquin à seipso quid dissitum foret, quod est impossibile ex rei cuiuslibet essentiâ; vtpotè indiuidua manet quæuis essentia. Ergo propter aliud necessum est adduci quidquid mouetur; cuius quidem par est repugnantia. Namque quum mouetur quid propter aliud, vel finem siue terminum adipiscitur nec ne? Si adipiscatur ibi quietem inuenit: Igitur terminum ibidem nanciscitur; qui quidem terminus ex Infinitionis Hypothesi minimè statuitur. Aduersatur enim rationi τῆς Ἀπειρίας, ipsa ratio termini siue finis. Sin rursus adipiscatur terminum, illud ipsum quod mouetur nusquàm verè, siue ἁπλῶς fit Motus, ideoque infectus Motus ac temerarius restat; frustrà ergò mouetur quidquid mouetur, præ spuriâ ac commentitiâ illâ Infinitione, quam sibi finxerunt Epicurei.

Quin etiam, si spatium sit circumcircà Infinitum, in eoque Infinitæ Atomi (ἄπειροι γὰρ ἄτομοι, inquit Epicurus apud Laertium) vndequáque versentur, certissimè Atomorum Infinitio adæquabit Infinitionem spatij. Igitur, stante vtroque illo Infinito, Epicureus Lucretius à se ipsomet longè dissentiens, totam quam statuit vacuitatem procul abigit; Igitur omnem Atomorum Motum necessariò sistit; Igitur quamlibet planè intercipit Naturæ actionem: proindeque Naturam vniuersam, præ illâ vtrâque Infinitione adæquatè, vt sibi vult, & vt loquitur vulgus Philosophorum, meditatâ, ab tan-

Laertius in vitâ Epicuri.

to suo Horto penitùs habet eliminatam. Quonam interim modo fictam illam & solis moti sui cerebri Phantasmatis coalitam ac editam τὴν τῶν κόσμων Ἀπειρίαν *Infinitatem Mundorum* nobis obtrudere, post suum Epicurum, putidè non est diffisus.

Verum MI-GASSENDE iterùm iterúmque sic vrgeo; nullus potest fieri Motus, circumstante tantâ illâ Infinitione. Namque vel res indiuidua siue Atomus, quâ de Agitur, à quodam termino mouetur ad quempiam nec-ne? Si mouetur à quodam termino, euertitur quæstio; quippe Infinitio ex se nullum planè admittit terminum. Si vero nullum, à quo Motus oriatur, terminum adsequi valeat: iugiter incipit Motus, nusquàm ergò fit; nullus ergò penes Naturam, quod censetur fatuum penitùs, Epicureis Motus est concedendus. Ea propter insulsè admodùm Lucretius hæc sanciuit. Concessâ Epicureâ Infinitione nullus fieri Motus confirmatur.

——————*Cum summa loci sit*

Infinita *foris, hac extrà mœnia mundi.*

Et paullò inferiùs.

Principiò nobis in cunctas vndique parteis Lucretius lib. 2.
Et latere ex vtroque, infrà supráque, per omne
Nulla est finis.
Vndique cùm vorsùm spatium *vacet* Infinitum
Seminaque innumero numero, *summaque profunda*
Multimodis volitent æterno percita Motu.

Profectò Infinitum, de quo huc vsque dissertauimus, secùs ac Lucretius quem iam impugno, primi Sapientes imaginati sunt. Certissimè Μεταφορικῶς Deum censuerunt Democritici τὸ Infinitum, Ἄπειρον

ἁπλῶς existere. Siquidem Infinitum nec Magnitudo, nec Multitudo esse potest. Primùm quia Infinitum expers est omnis omninò diuisionis. Siquidem vt Ignis & Terræ quæuis pars, Ignis est & Terra: simili fermè ratione quælibet pars Infiniti, τὸ Infinitum foret; quod planè multiplicem inuoluit contradictionem; plura namque essent Infinita; quod est impossibile. Videlicet rationem partis, præ diuisibilitate, sibi arrogarent illa ipsa Infinita, ac proinde termini. Quælibet enim pars in gratiam totius: quod τῷ εἶναι τοῦ Ἀπείρου planè opponitur. Eâ de caussâ præter rationem Carus ille inducere contendit.

Lib. 1 de rerum Naturâ.

*Nūc extrà summā (*Atomorum*) quo nihil esse fatendū est,*
Non habet extremum, caret ergò fine modoque.

Dein quælibet Pars Infiniti non potest vsurpari nisi Infinita, attamen Finita pro ratione Partis & Infinita pro ratione τοῦ Ἀπείρου, à quo eximeretur, simul extaret. quod variis etiam implicatur contradictionum plexibus. Demùm τὸ Infinitum quatenùs substantia est (nullum enim Accidens, de quo apud Peripateticos, ab Epicureis admittitur) simi~~lem sui Naturam impertiretur cuilibet~~ parti. Et quatenus est Principium, Infinitum Infiniti foret, atque ideò quantitatem sibi vindicaret. Namque Principium est alicuius rei Principium. Actu igitur τὸ vnum Infinitum constaret simul & τὸ alterum: igitur & quantitas ipsi Infinito competeret. Verùm multa Infinita idem esse κατὰ φύσιν *Iuxta Naturam*, impossibile certo certiùs est. Cuius impossibilita-

tis Demonſtrationes reliquas, variæ autem ſunt, non huc attexam. Cunctas enim, vt probè noui, ſcitè calles, MI-GASSENDE, & ni forſan earum fermè omnium iam iam memineris tibi infeſtum Stagiritam * velim interdùm conſulas. * Lib. Metaphys. xi. cap. 11.

Noſces præſertim Infinitum neque graue, neque leue: neque medium, neque ſuperum: neque Infimum, neque conuexum, neque planum, & ſimilia id genus, in ſeſe vllo modo continere. Quin etiam noſces in ſe ipſo Infinitum, ſi quod foret corporis particeps, manere ſeipſum fulciens & firmans, ac denique ἐντελεχίᾳ ſiue actu minimè ſubſiſtere. De corpore autem tantummodò loquor, non autem περὶ τοῦ ἀσωμάτου. Siquidem quorſum Atomus iuxtà Lucretium & vulgares Epicureos ſuprà vel infrà, ante vel retrò, dextrorſùm vel ſiniſtrorſùm ferretur? Namque ex Infiniti ratione, quam ſatis enucleatam exponunt Peripatetici, ipſius Infiniti pars omnis, quamcumque tibi ſumas, in ſe ipſâ continuò manet. Cæterùm perueſtiges, quæſo, abs quarto capite tertij libri Phyſicorum, reliqua quæ de Infinito ſubdit Ariſtoteles; dein abs quinto libri de Cœlo ad octauum vſque vnà cùm nono vndecimi Metaphyſicorum; in iis ſanè præcipua paſſim loca, quibus commentitium & vanum illud Epicureorum Infinitum fatiſcit, Apodictico iuxtà Logicos modo, tibi ſubiicientur. In Infinito nulla prorſùs loci differentia.

Quid plura? Infinitum videtur aliud nihil, præter Deum, ab veteribus Gentium Sophis cenſeri. Scilicet mens humana eò ſeſe explicare nequit, quò

ipsum Infinitum porrigitur. Hinc Orphici, multò antiquiores Pythagoricis, Infinitum illud siue Deum NOCTEM vocitauere: ideóque Nox * Ἐσχυκλία *Circularis* ab ipsis dicta. Siquidem Motio vel Figura Circularis INFINITVM * maximè designat, vti videre est ex Noctis hymno, quem Orphei nomine in lucem edidit Onomacritus: nempe quem nouerunt Orphicam, à quâ olim hausta est Græca omnis Mystagogia, sapientiam vltrò fuisse sectatum. Imò verò, quoniam humana mens circà Diuina quàm maximè caligat, atque etiam tenebris circumquáque offunditur, ideò penès Hebræorum Theologiam, quam Ægyptij post Phœnices & Syros mutuati sunt, Diuinum hoc constituitur effatum, NOX ET TENEBRÆ IN CIRCVITV EIVS, putà IEHOVAH siue Dei: namque latet nos penitùs omnes tantum illud, quod tota mente attendimus, INFINITVM. Hinc ratio quanta maxima sit ea, quam de Deo format humanus animus, Indefinita prorsum hallucinatur.

Ita Onomacritus siue Orpheus in hymno Noctis.

* *Vide Aristot. de Cœlo, & de Phys. auscultat. Vide item Lycium lib. de quæst. Phys.*

Porò totum siue τὸ ὅλον *vniuersum* esse illam Infiniti, siue Dei rationem, vti Melissus docuit, * referente Aristotele, & vti alij effati sunt ζῶον ἐκ ζώων * *viuens ex viuentibus* ecquis ambigit? Siquidem Ἱερογλυφικῶς *Hieroglyphycè* suam mentem occultabant primi Theologi. Sic enim apud se dissertabant. Omne Principium nequit esse frustraneum & citrà rationem: namque Principium non foret, si foret & frustraneum, neque suum sortiretur effectum; est ergò cum ratione, ergò Διανοητικόν τι. Impossibile etiam

* *Tertio Phys. cap. vi*

* *Stobæus Eclogarum lib. 1. cap. 1.*

etiam aliam atque aliam ipsissimo Principio, vt quod ἁπλῶς extet, vim præsidere ac dominari: alioquin Principium ἁπλῶς non esset. Verùm omne quod extat vel est ipsissimum Principium ἁπλῶς, vel est ex Principio; ast huiusmodi Infiniti, nempe ἁπλῶς, non datur Principium, esset enim ipsius finis. Et hæc quidem accuratiùs & consultiùs indaganda censeo, vt quum maximè, si fuerint ritè meditata, quæ de Deo sunt planè indigitatum iri abundè constet.

Addebant insuper illi; Ingenitum esse Infinitum illud, quo de hic agitur, scilicet ab omni corruptione, & cuiusuis alius passionis ac Motus vi alienum; proindeque Principium ἁπλῶς Infinitum per se subsistere. Quod enim nascitur in finem deflectere necessum est, & omnis corruptionis est finis. Eam ob rem, sicuti præsertim obseruat Stagirita, * Infiniti non est Principium. Verùm τὸ Infinitum cæterorum Principium esse videtur, continereque ac moderari omnia, & Diuinum quid atque Immortale extare, τὸ Θεῖον τι καὶ ἀθάνατον, neque vsquam perire, vti Anaximandro & Anaxagoræ, quos attestatur Aristoteles, quàm appositè placuit. Et quoniam in perpetuis posse & esse, ac vice-versâ, nullatenùs discrepant: si Infinitum sit; conuenit & corpus Infinitum esse, imò verò & Infinitas mundanas Moles, vt paulò infrà, vbi de Atomis, penitissimè sum exploraturus. Eccur autem magis hâc parte vacui moles hæc vel ista, quàm hâc vel illâ, sit constituenda? quapropter si quâ in parte sit quæ-

τὸ Infinitum iuxta veteres increatum.

* *Tertio lib. Phys. 1. lib. de Cælo & Metaphys. lib. 11. cap. 4.*

dam collocata, & vbique collocari & esse necesse est. Hinc etiam si statuatur Infinitus locus vel vacuum Infinitum, quod Epicurei Vulgares lubenter cedunt, necesse pariter est, & esse corpus Infinitum. Quodquidem, ex ante-dictis rectè penitúsque absonum hebeti cuique vel plumbeo satis exhibuimus.

Deus τὸ Ἄπειρον siue Infinitum ἁπλῶς iuxta veteres censetur.

Ex his profectò, quas pro rei dignitate adinuenimus aut ipsis Peripateticis debitè assignauimus, expositis demonstrationibus, Ἄπειρον ἁπλῶς nullum præter Deum, quem veterum plerique τοῦ Infiniti nomine φιλοσοφικῶς, sicuti mos erat antiquitus, intellexere. Nimirum quæ de Deo dicuntur, dicuntur de Infinito illo ἁπλῶς; Infinitum enim per se nullibi est, expers est quantitatis, est Principium ἁπλῶς rerum omnium &c. quodquidem ipsissimi Epicurei, vel abnuente & opposita effutiente vestro illo Lucretio, scitissimè professi sunt. Habemus testes Virgilium atque Horatium: ambo enim Epicuream doctrinam fuere consectati, hos namque sub Epicuro militasse, post Seruium & Commentatores omnes docuisti, MI-GASSENDE; Primores autem Epicurei absolutam illam, cuncta moderantem, corporis expertem ac planè sub sensus minimè incidentem Primam Substantiam, videlicet hoc ipsum *in quo viuimus, mouemur & sumus*, diuina sunt Apostoli verba, post Hippocratem & illi *συγχρόνον contemporaneum* Democritum τὸ INFINITUM vocitauere. hinc Maro

Gassendus, de vitâ Epicuri lib. 2.

Lib. IV. Georgi.

——— ——— —— Deum namque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, Cœlumque profundum.

Porrò hæc fermè omnia, quæ Deum primum rerum Motorem attinent, quæque Infiniti aut vacui titulo ab Epicureis cæterisque Sapientibus Μυθολογικῶς sunt donata, fusiori deinceps sermone, & ad calcem huiusce nostræ Disserrationis sum demonstraturus. Conuenit interim quid sit vacuum iuxtà veteres & Neotericos Philosophos, imprimisque Epicureos, stato ex ordine, percunctari.

DE INANI EPICVREO.

OPeræ-prætium est, quæ sit Mens veterum, in enunciandis suis conceptibus impræsentiarùm haud dignoscere penitus, verùm, vti postulat ratio huiusce Instituti, solummodò delibare. Adeò vt difficultas exinde omnis, quæ vetustioribus Authoribus intelligendis plurimùm officit, promptè ac expeditè subducatur. Si qui autem huic secùs negotio sese accinxerint, veritatem sunt dumtaxat expiscati, numdùm verò adepti, neque vti fert animus, vsquàm adepturi. Scilicet defluit huc vsque omnis ferè primorum hominum Sapientia: quamquidem prisci vel Hieroglyphicis vti Ægyptij, vel Ænigmatis vti Phœnices atque Syri, vel Parabolis vti Hebræi, vel Fabulis vti Orphici, vel Numeris vti Pythagorici, vel Logogriphis vti Peripatetici nedùm prætextam, sed quasi sartam tectam habuere. Quod sanè confirmant cuncta illa pronunciata, quæ Diuinus Plato de Vno, vero, Bono atque etiam de Pulchro, Iusto & Infinito; siuè vt verbo dicam,

Vide quæ commentati sumus in omnes, quas olim Picus Mirandula, omnes disputandas Romæ proposuit conclusiones; & præcipuè vbi de Theologiâ Orphei agitur.

de Deo Fabularum & Numerorum velo promiscuè implicita suis passim Dialogis commendauit. Parilem enim, quam veteres Σόφοι, siue penes vetustiorem Græcorum Linguam, Σοφίσαι, Sapientiam vtique sapiebat; Hanc quippe eodem, quo suam Orphici Μυθολογικῶς, & suam Pythagorici Μαθηματικῶς modò, penitùs obnubilauit. Vtpotè Fabulis simul & Numeris veritatem quam instituerat, propositum iri suis discipulis demonstratam, prorsùm Inuoluit; Quod quidem Proclus, illius Successor dictus, satis superque insinuauit prolixioribus in Timæum Commentariis. Quid ni? ipse etiam Aristoteles editos & non editos suos libros iactitabat. Nimirum τὰ φυσικὰ, καὶ τὰ μετὰ τὰ φυσικὰ, tot Logogriphis, quod iam-iam te monitum scio, ac præcisis, vt aiunt, conceptibus suppressit potiùs quàm expressit; itaut quæuis vel acutissima mentis acies eò quò res quasi è genuino situ eliminatas abegerit, facessere minimè sit potis. Eam ob rem, quæ sunt Philosophorum, cum Primorum illorum, tum Nouissimorum istorum, non sunt profectò verbo-tenùs accipienda. Siquidem, vt trito sermone dictitabant, *frangat is Nucem, esse Nucleum qui vult.* Et hæc tanquam per satyram dicta velim; iam verò ad institutum oppidò iuuat concedere.

Modus Philosophandi apud Platonem.

Consule Proclum in Timæum Platonis & in librum de Repub.

Modo veterum Philosophorum obscurus Aristoteles, quippe Σκοτεινὸς nimis vti olim Heraclitus.

Hìc ergò vacuum, quo de nunc quæstio instituitur, haud præcisè, sicut vulgus, sed figuratè, more Philosophico, percipiendum fatebere, MI-GASENDE, veteres enim vanam Plebeculæ auram aucupati, inuersâ verborum interpretatione

ſuam mentem proponebant; quod innuit ipſe idem Lucretius hoc diſticho.

Omnia enim ſtolidi magis admirantur, amantque
Inuerſis quæ ſub verbis latitantia cernunt.

Nec eſt, cur obiectes vulgatam Democriti & Epicuri mentem à veſtrate Lucretio huc vſque nobis obtruſam; Sibi enim nimium de ſe ſpopondit Poëta-Philoſophus, vt qui falſa veris inuoluere velle videatur. Ecquid enim ſibi vult, quum vacuum eſſe potiorem ac præcipuam Motus cauſam fuerit imaginatus? præcipuè qui cecinerit.

——————— *Quod* Inane *repertum eſt*
Seu locus ac ſpatium res in quo quæque gerantur.

Amabo enim? nonne quilibet Motus citrà vacuum haberi poteſt? namque Generatio, Corruptio, alteratio, atque latio vacuo nequaquàm indigent. Siquidem Atomi ſiue indiuidua corporum ſemina, ſimpliceſue rerum Particulæ ſibi mutuò cedere, nullo interueniente ſpatio ſiue vacuo, quàm facillimè queunt. Intercapedo autem, quam ex vacuo ſibi fingunt, vana prorſum eſt ac futilis: ſicuti ex Continuo, ex Aquâ & ex Aurai liquidæ ac ſimplicis Igne (fruor hic virgilianis vocibus) cuiuis patere debet. Quælibet ſpecies Motus citrà vacuum concedenda.

Imò verò τὸ Rarum atque τὸ Denſum fieri pariter abſque vacuo perſpectum eſt; vtpote per extruſionem aut intruſionem eorum ſolummodò quæ interſeruntur. Videre-licet quum premitur Aqua, fit vt Aer, qui in eam inſinuatus intimè delituit, expreſſus tandem euadat. Verum-enim-vero ſi va- Perperàm Epicurei ſibi finxere Inane crebris ſpatio-

lis inter spersum causari raritatem & densitatem rerum Naturalium.

cuum ex hypothesi Lucretianâ foret vbique, id quod plenum est suscipere valeret corpus mobile. Quibus positis, duo corpora in eodem subsistere simul loco esset necessum. Quod si hoc temerè concederetur, concedi pariter oporteret Maximum à Minimo suscipi & contineri. Quandoquidem ipsum Maximum quàm plurima Minima complectatur, idcircò multa Minima quæ Maximum pro sui Naturâ molirentur, in sese inserta, Maximum simul & Minimum præter Naturam constituerent. Quod fatuum planè & exsibilandum nemo, vel Epicureus, planè negabit.

Instamus insuper. si vacuum, vti pronuntiant, sit Spatium in quo nullum exret corpus, sanè vbi non erit corpus ibi merum inesse nihil, nudamque priuationem, penes hanc, quam impugnamus doctrinam, certissimum est. Omne enim quod est, hoc ipsum esse corpus antiquitùs rebantur. Igitur vbi nō reperitur corpus ibi solummodo habetur nihil, vacuum scilicet, seu Inane. Ast vbi nihil siue Inane quoquòuersum in Infinitum concipitur, ibi nec suprà nec infrà, neque vlla alia loci differentia constitui potest; Nihili enim nullum penitùs discrimen: si quid ergo moueatur posito vacuo seu inani, alicubi stare minimè potest; eccur autem hic potiùs quàm illic staret? Quocircà nullatenùs quiesceret, atque ideò in Infinitum moueri necesse est. Verùm Inane, eo quo Inane est, neque Grauitatem, neque Leuitatem admittit; Non enim sursum neque deorsùm pro sui ratione vllatenùs importat. Atomus ergo &

Si quòcunque exporrecta foret Epicurea Inanitio, omnia omnino quiescerent: ac proinde Iners & otiosa penitus iaceret vniuersa Natura.

quod-vis aliud corpus vi commentitiæ illius vacuitatis moueri quoquouersùm nullomodo poteſt. Temerè igitur veſter Lucretius.

Corpora cum DEORSVM RECTVM *per Inane feruntur.* *lib. 2. de rerum Natura.*
Et paulò poſt.

————*Omnia* DEORSVM
Imbris vti guttæ, caderent per INANE PROFVNDVM.
Quaſi verò hæc demum concludere queat, ſic pergit.
Omnia quapropter debent per INANE *quietum*
Æquè ponderibus non æquis concita ferri.

Quieſcet ergò in vacuo; in vacuo quippe nullum pondus: nec eſt cur magis aut minùs cieatur. Quónam autem moueretur per vacuum? ſiquidem quatenus vacuum ſeu Inane ab omni locorum differentiâ vtique iacet alienum. Conſtat itaque vacuum, quâ Infinitum, nullam loci differentiam ſibi adſciſcere; ac proinde lationis vel alius cuiuſpiam Motus ergò, vacuum concedi nullo fermè modo debere.

Rurſum Latio, quæ Naturâ conſtituitur, differentiam loci appoſitè ſortitur: non autem vi Inanitatis, Inanitas enim ſiue vacuum nullam aſſignat loci differentiam: neque etiam occaſione ipſius vacui aliquò tendit id ipſum quod mouetur; nihili namque nulla vis. Latio igitur ab Inani ſeu vacuo ſuam Prouinciam haud accipere ſatis eſt eatenus comprobatum. Putidè ergò Epicureus ille Carus, *Lucretius lib. 1. de rerum Natura.*

Quapropter locus eſt intactus INANE, *vacanſque,*
Quod ſi non eſſet, nullâ ratione moueri
Res poſſent.

Ne ſuſtineas ergò, MI-GASSENDE, Motum niſi da-

to INANI intermixto, inchoari minimè posse; Quid plura? nullus planè motus ab INANI: priuationis enim nulla Δύναμις, potestas nulla, nulla ἐνέργεια. Et vt demonstrat Ægyptiorum Theologia, cuius fragmenta Trismegisti siue Mercurij Dei Ægyptiaci, non autem Regis, vt vulgus effutit, nomine insignita nobis supersunt Πᾶν τὸ κινοῦν, ἀσώματον. πᾶν δὲ τὸ κινούμενον σῶμα. καὶ τὰ ἀσώματα κινεῖται ὑπὸ τοῦ νοῦ. *Omne namque mouens corporis est expers, quod autem mouetur corpus existit: quod verò Incorporeum est & mouetur ab Mente mouetur.* Scilicet (vt more veterum loquar) ab ipso Æthere siue Ioue. Grauitas ergò vel Leuitas vel vacuum vel ipsum Infinitum non est Principium ἁπλῶς cuiusuis Motus Naturalis.

Iuxtà sacerdotum Ægyptiorum doctrinam, nullum Inane.

Vrgeamus demùm. vbi nullum datur Motus discrimen, nullus ibi potest dari Motus. Suppositis autem vacuitate & Infinito, nullus Motus tardior erit aut velotior: nulla Leuitas, Grauitas nulla. Siquidem in vacuo, vtpotè in quo leue nihil, nihilq; graue concipi potest, Infinita foret Grauitas vel Leuitas. Quod profectò impossibile penitùs constat. Namque, si potis esset, detur ex hypothesi, Grauitas A. & cieatur corpus ipsam sustinens per spatium B. Quandoquidem omne quod cietur pro tempore cietur, quippe tempus proprietas Motus: A mouebitur in tempore per spatium B. Rursùs sit Tempus C, & finitam potestatem sibi vendicans D, agatur per B, & Tempus Motus assequatur per E. Majus erit E, ipso Tempore C. Nam major vis per idem spatium minore Tempore transit. verùm illud quod

Absque Motus differentiâ, nulla planè species Motus conced: potest,

quod Infinitam vim possidet mouetur in Tempore C, & id quod finitam assequitur in Tempore E. Eorum autem quæ inæquali velocitate mouentur, æquant vim Temporibus motuum; est ergò, vt se habet idipsum quod particeps est Infinitæ Grauitatis, ad id quod particeps est cuiusdam finitæ. Ita sanè se habet Tempus E ad C terminatum. Quod est ἀδύνατον. Infinitum namque rationem sibi sumit nullam ad τὸ finitum. Par autem ratio spectat Leuitatem: Grauitas igitur vel Leuitas Infinita eatenus impossibilis. Ita certè Lycius Platonicus, ea ipsa omnia quæ Grauitati vel Leuitati, ob fictas ab Epicureis vacuitatem & Infinitionem magnoperè aduersantur, mirum in modum illustrauit; Hinc perspectum atq; inuestigatum habes, MI-GASSENDE, *vtrum primordia rerum in magno Inani iactentur iugiter?* vtrùm etiam *vacuum per Inane cuncta ferantur*, sicuti docet Poëta Epicureus? Vtrùm tandem nemo auius à verâ longè ratione non vagetur, si cuncta sibi suadeat per spurium illud INANE minimè diuagari.

Suppositis vacuitate & Infinito, nullus concitatior aut tardior Motus demonstratur.

Nec Grauitate sua ferri primordia rerum.

Quoniam profatur vltroneus ille;

Nil esse in summâ, neque habere vbi corpora prima,
Consistant: quoniam spatium sine fine modoque est.
IMMENSVMQVE *patêre in cunctas vndique parteis.*

Lib. 1. de rerum Natura.

Verum-enim-vero de Inani famosa nuperrimè nobis visa est objectio; scilicet quam Paschalius, vir alioquin multi-scius, ope vitrei tubi & Hydrargyri nouissimâq; experientiâ suadet sibi se fuisse expilca-

Contrà Nupera & famosa Paschalij experimenta circà vacuum.

tum. Verùm prompta atque expedita ex Trismegisto seu potiùs, vt iam iam monui, ex veteribus Ægyptiacæ doctrinæ Relliquiis, responsio nobis occurrit. *Sentio Inane*, inquit, *nec esse aliquid, nec esse potuisse, nec futurum vnquàm: Omnia enim mundi sunt membra plenissima; vt ipse mundus plenus sit atque perfectus corporibus, quorum vnum est alio maius, alio minus, & validitate & tenuiditate diuersa. Nam & quædam eorum validiora facilius videntur sicuti & majora: minora vltrò aut tenuiora, aut vix videri, aut omnino non possunt.* VNDE CONTINGIT MVLTIS CREDERE, HÆC NON ESSE CORPORA SED INANES LOCOS. *quod est impossibile.* Et paullò inferiùs subdit, *quamuis breue sit vel magnum quod* Inane *videtur* SPIRITV *tamen vel* aere *seu Æthere vacuum esse non potest.* Heinc τὸ λεπτομερέστερον, *Tenuissimarum partium* corpus dicitur in Pimandrâ fictitium illud, de quo nunc differitur, Inane. Quocircà ait, οὐδὲν δὲ τῶν ὄντων ἐστὶ κενόν. μόνον δὲ τὸ μὴ ὄν, κενόν ἐστιν. *Nihil horum, quæ sunt, vacuum est, solùm autem quod non est vacuum est, & extremum à substantia.* Quod enim subsistit, vacuum id numquam fuisse potest. Porrò σῶμά ἐστιν ὁ ἀήρ. *Aer corpus est*, hoc autem corpus per omnia, quæ sunt permanat, & cuncta subiens complet & occupat. Huiusmodi autem per omnia Influxus rationem huc addit Spurius ille Mercurius σῶμα δὲ οὐκ ἐκ τῶν σωμάτων κεκραμένον. *Corpus autem est non ex corporibus conflatum*: Quippe τὸ λεπτομερέστερον. Plena sunt igitur aeris omnia, quæ tu vocas VACVA ex quatuor corporibus composita, Κοῖλα *Caua* quadam-

Hermes in Asclepio.

Pimandras, capite 6.

Spiritus λεπτομερέστερος seue tenuissimatum partim penes Trismegistum, Platonem, Aristotelē, Pythagoram Democritum cæterosq; excepto vno Lucretio, Philosophos muneribus vacuitatis in rerum Naturâ defungitur.

tenùs sunt, non autem Κένα *Vacua.* Siquidem μεστὰ δ᾽ ἐστὶν ἀέρος καὶ πνεύματος. *Aeris & Spiritus commista & plena sunt.*

Porrò quis & qualis sit, ille spiritus cuncta subiens post Pythagoram & primores Philosophos ab Stagiritâ fusiùs docetur. Imprimis libro de Cœlo πρῶτον σῶμα *primum coppus* vocat, sed diuersum quiddam existens (quod notandum duco ne quid nobis persuadere velle nimium videamur) diuersum inquam, existens à Terrâ, Igne, Aere & Aquâ: Et quoniam superum locum potissimùm occupet, *Ætherem* nuncupauit ἀπὸ τοῦ θεῖν *à semper currendo.* Et quia diuersum quid extet ab quatuor elementis vulgaribus, nominauit Quintam οὐσίαν siue Quintum Elementum ἀνάλογον Elemento Stellarum; & vt ait Poëta

Primo de Cœlo cap. 3.

Quis & qualis sit Spiritus Vacuitatem omnem abigens secundùm Mentem Clariorum Philosophorum, lib. 1. c. 7.

Sublime candens quem vocant omnes Iouem.

Proindeque idem ipse Aristoteles in Metaphysicis, de primorum & antiquiorum Sapientum sententiâ, nempe de Orphicis, ἐν τῷ μύθου σχήματι *sub mystici sermonis figura* sermocinatus est, περιέχει inquit, τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν *quod est diuinum, Naturam omnem continet & complectitur.* Nimirùm τὸ θεῖον illud dictitabant Inane ex Infinito Spiritu Cœlum subiens iuxta Pytagoricos, sicuti patet ex Aristotelis suffragiis. Hinc illud, quod Aerem variè afficit, siue Æthereum Frigus, siue Calidum τὸ θεῖον ab Hippocrate & ab eius Commentatore Galeno nominatur. Etenim hæc est Aura simplex, quam diuinam vsurpat Horatius, DIVINÆ PARTICV-

lib. de Prognosticis ad initium.

LAM AVRÆ, putà ipsum, quem ducimus, Spiritum meditatus. Ea propter tenuis hæc aura siue Spiritus Æthereus ac Iuppiter, atque illud, iuxtà priscos, τὸ θεῖον, quoniam sub sensus haud cadat, pro vacuo habetur μεταφορικῶς. Quin etiam caussa vnica τῆς συγκρίσεως καὶ τῆς διακρίσεως, sicuti Leucippo, Democrito, Anaxagoræ, sagacissimoque Hippocrati placuit, ab Epicureis, excepto Lucretio, vniuersim constituitur. Constans item est & necessarium condensationis & rarefactionis principium, velut Platoni, Aristoteli, atque etiam vestro ipsi Epicuro fuit, quantum potis est colligere, quàm maximè acceptum. Audiamus huius istius sectatorem Virgilium hac de re modulatè sic concinentem. *Libro 1. Georg.*

Verum vbi tempestas & Cæli mobilis humor
Mutauere vias, & Iuppiter *humidus austris*
Densat, *erant quæ* Rara *modò, & quæ* Densa *relaxat.*

Hinc iuxta illud Homericum Νεφεληγερέτα Ζεὺς *Nubicogus Iuppiter*, scitè cognominatur. Ideóque Epicurus vester & quàm appositè, γίνεται πυκνώματα κατὰ πνεύματος συλλογὴν, *fiunt condensationes iuxta Spiritus collectionem.* Videlicet Calidum siue τὸ θέρμον atque Frigus, ambo ex Æthereis particulis conflata corpora vt Græci loquuntur λεπτομερέστατα vniuersum mundum subeuntia, penes laudabile quod obeunt munus in rerum Naturâ, τοῦ θείου *diuinæ rationis* imò Iouis nomen sibi arrogârunt; ideóque Horatius de Isthoc Ioue hunc panxit versum, rarefactionis & condensationis caussam meditatus. *Ratio rarefactionis & condensationis assignatur.*

Nunc pluit, & claro nunc Iupiter Æthere fulget.

Tibullus quoque,

Et pluuio supplicat herba Ioui.

Verum-enim-verò non solùm vsus Thermometri aut Ætherea Fulminis flamma vitrum vel dolium impunè permeans & vinum in eo contentum penitùs consumens, sed etiam trita dudùm Paschalij experientia, nobis certam vtriusque Ætheris, quem olim docuit suos Discipulos Pythagoras, scilicet Calidi & Frigidi cuncta non secus ac vitrum penetrantis, porosa enim omnia, vt potè contigua potiùs quàm continua, fidem vtique faciunt. Quin & Lux ipsa, quæ corpus itidem est, instar Ætheris, λεπτομερέστερον, nonne iuxtà Opticos vel crassiora & compactiora corpora subire valet? Innuendum igitur est Auram simplicem, siue appositiùs, Æthera Frigidum aut Calidum, spuriam illam, quam antedicta experientia mentitur, vacuitatem penitùs adimplere. Quare duplex censetur τὸ θεῖον, FRIGIDVM vnum & alterum CALIDVM; quod apprime callebant Hebræorum Sapientes, quare illud Prophetæ. ANTE FACIEM FRIGORIS EIVS QVIS SVSTINEBIT? Et illud quoque, FLABIT SPIRITVS EIVS ET FLVENT AQVÆ. Vt potè primarium Dei organum est Spiritus Ætherius, sicut placuit Pico Mirandulano.

Vide Laertium in vita Pythagoræ.

Duplex apud veteres Æther: quippè Calidus vnus & alter Frigidus.

Psalm. 147.

In heptaplum ad calcem cap. 2.

His ergo constitutis, MI-GASSENDE, duplex admittendus est Æther, Calidus à Sole & Frigidus ab Aere. καλοῦσι δὲ τὸν ἀέρα ψυχρὸν Αἰθέρα· τὴν δὲ θάλασσαν καὶ τὸ ὑγρὸν παχὺν αἰθέρα. *Mare autem & Humidum Spissum Æthera* (respectu Piscium.) *vocitant au-*

Quid sit Æther penes vetustissimos Orphicorum & Pythagoricorum Sapientum

doctrinam, demonstratur.

tem Aerem Frigidum Æthera. διήκειν δὲ ἀπὸ τοῦ Ἡλίου ἀκτῖνα διὰ τοῦ αἰθέρος *penetrare etiam cernimus ab Sole radium per Æthera Frigidum.* Porrò principium vitæ est ille ipse Æther seu radius Solaris per cuncta facescens. Est ipsum τὸ θερμὸν, de quo Democritus & Leucippus apud Aristotelem libro de Animâ, vti & Socrates apud Platonem in Theæteto; item Anaxagoras libro de Cœlo, & Hippocrates initio libri de Principiis. Ipse verò Stagirita iuxtà Plutarchum αἰθέριον σῶμα τὸ πέμπτον στοιχεῖον *Ætherium corpus Quintum Elementum* post Trismegistum cæterosque vetustiores Philosophos nuncupauit. Has ob caussas iterum iterumque sancit Pythagoras, referente Laertio * τοῦ Ἡλίου ἀκτῖνα εἶναι εἰς τὰ βάθη δύειν, καὶ διὰ τοῦτο, ζωοποιεῖν πάντα. καὶ ζῆν πάντα ὅσα μετέχει τοῦ θερμοῦ· διὸ καὶ τὰ φυτὰ ζῶα εἶναι. ψυχὴν δὲ ἀποσπάσμα αἰθέρος καὶ τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. *Solis Radium altissima & abditissima subiri, proindeque vniuersa animare & viuere omnia quæ aliquid τοῦ Calidi sibi adsciscunt. Propterea̋que stirpes esse animantes. Anima verò distractio Ætheris Calidi simul & Frigidi;* Proindéque ἀθάνατον τι immortale quid esse, quoniam ab Æthere mutuata seu distracta censetur, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀπ' αἰθέρος ἀπέσπασται. Hæc est communis rerum Animatio seu Pythagorica ψύχωσις.

Aristoteles de anima lib. 1. cap 2. idem lib. 1. de Cœlo c. 3.

* In vita Pythagoræ.

Calidus vel Frigidus Æther cuncta subiens & animans iuxtà Pythagoram cōfirmatur.

Eatenus autem ex vtroque hoc ipso Æthere iuxta Orphicos, Pythagoricos, Hippocraticos, Democriticosque, quorum placita suffuratus est Epicurus, temperatur animantum, stirpium, & metallorum Spiritus, seu ψυχὴ καὶ τὸ πνεῦμα res vniuersas peruadens

Quod testatur Clemens lib 11. Stromat.

& per amplam materiei molem quoquouersùm concedens; Ac proinde Mi Gassende, fatiscat necessum est commentitium quodlibet Epicureorum vestrorum Inane. Ætherius ergo Spiritus per magnum Mundi corpus facescens cuncta animat, fouet, conseruat & moderatur. Ideóque Epicureus Maro 6. Æneidos.

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
Seminibus.

Dein quum abest vtcúmque Spiritus Æthereus, à quo Motus omnis, iacet materies immota penitùs ac impotens, lentaque; heinc Maro

——————— Purumque reliquit Virgil. ibid.
Ætherium sensum, atque aurai simplicis ignem.

Parilem fermè Sapientiam sapiebant longè antè Platonem & Epicurum Ægyptiorum Sacerdotes, vti videre esse ex Pimandrâ ὁ νοῦς ἐν τῷ λόγῳ, ὁ λόγος ἐν τῇ ψυχῇ· ἡ ψυχὴ ἐν τῷ πνεύματι· τὸ πνεῦμα ἐν τῷ σώματι. *Mens in ratione, ratio in anima, anima in Spiritu, Spiritus in corpore;* namque ab eo Spiritu vita, sensus & planè Motus omnis pendet vtique & deriuatur.

Verum, quò plus Ætheræ substantiæ complectatur quid, eò maximè rarum, eò & leuissimum. Quum autem fit Aer ex Aquâ, eadem prorsùs numero materies ex paruâ cedit in maiorem: & retrò, quum ex Aere exoritur Aqua, ex magnâ in minorem facessit molem. Cocircà, quod obseruatu dignum duco, densum penitùs graue, atq; rarum prorsùs leue,

Caussa leuitatis & grauitatis, contrà Cartesianæ ex Mechanicis rationibus deprompta principia, clarè proponitur.

prout plus aut minùs Ætheris interseratur, experimento hucusque nobis est. Siquidem vacuitas, siue *Inane* illud fictitium, nihil penè addit molis vel vsquam detrahit rerum concretioni vel explicationi. Nimirum quia plus Ætheris in vno quam in altero, graue & durum *Densa:* vti leue atque molle *Rara*, constare videntur. Heinc etiam Animal mortuum, Cadauer Latini vocitant, quod quisque inuestigatum habet, grauius & ponderosius extat quàm viuens; viuens nempè plus Ætheris quàm mortuum continere certò-certiùs exploramus. Ast dehis abundè, subseciuis nostris operibus in hymnos Onomacriti de Mysticis Orpheotelestarum Initiis. pergamus.

Dissertans de Inani & Æthere seorsim Lucretius sibi ipsi vtique aduersatur.

AD hæc, quæ suprà etiam atque etiam fuere demonstrata, instar Colophonis quàm appositè attexere mihi est Animus, rationes penè omnes, quibus palàm est, Lucretium sibi ipsi vltrà modum contradixisse. Canit enim præter Atomos, quas ille censet Infinitas, *Inane* dumtaxat Naturam vniuersam constituere. Sic itaque mentem effert his suis metris.

Omnis vt est, igitur per se Natura duabus
Consistit rebus. nam corpora *sunt &* Inane.
Hæc in quo sita sunt, & quâ diuersa mouentur.
Lib. 1. de rerum Natura. *Tum porrò Locus, ac Spatium, quod* Inane *vocamus,*

Si

Si nullum foret; haud vſquam, cita corpora poſſent
Eſſe, neque omninò quaquam diuerſa meare.

Dein rem controuerſam contrà ius nititur incaſsùm dirimere.

Præterea nihil eſt, quod poſſis dicere ab omni
Corpore ſeiunctum, ſecretumque eſſe ab INANI.
Quod quaſi TERTIA *ſit numero* NATVRA REPERTA.

Quod poſita planè [illegible].

Siquidem, interiecto ſolùm vacuo, grande vel paruum Atomorum augmen, κατὰ σύγκρισιν καὶ διάκρισιν *Coalitionem & diſcretionem* Indiuiduorum corpuſculorum producere res omnes Naturales, vacui putà officio, temerè nobis objectare omnimodè videtur. Verùm, M.-GASSENDE, attendas, quæſo, & meram tibique, nec κατ' ἀδύνατον, demonſtrandam apprimè repugnantiam etiamnum animaduertas. Si corpus omne per ſe aptum natum ſit pati, neceſſum eſt ἀσώματον ſiue *incorporeum* omne per ſe aptum natum ſit agere; alioquin in rerum Naturâ concederetur actio penitùs nulla: iaceret enim lentum & otioſum omne corpus. Aſt corpus omne per ſe iners eſt & inefficax; τὸ ἀσώματον autem operoſum fermè, actiuum atque paſſionis expers. Rurſùm corpus quatenùs corpus diuiduum dumtaxat eſt, itemque hâc ratione paſſionis particeps vndequáque diuiduum ſubſiſtit; ſubſiſtit, inquam, diuiduum ἁπλῶς in Infinitum. Incorporeum autem ſimplex & ἁπλῶς exiſtens, expers eſt paſſionis, neque enim diuidi poteſt quod eſt indiuiduum: neque alterari quod eſt incompoſitum. Nullum igitur erit agens, aut illud agens erit τὸ incorporeum. Nam-

Si nulla alia præter Atomos & Inane concederetur ſubſtantia, nullum planè foret principium actiuum in rerum Naturâ: eaque ipſa Natura otioſa penitus & impotens iaceret.

> In rerum Naturâ conspicabili Spiritus siue τὸ ἀσώματον incorporeum dumtaxat agere potens est.

que corpus quâ corpus non agit; videlicet aptum natum diuidi solummodò & pati Quoniàm omne agens potentiam sibi vendicat actiuam; Si corpus agat nō quâ corpus agere potens est, sed penès agendi vim seu potentiam, quæ ipsi insideat. Impotens enim omne corpus per se est: atque etiam participatione dumtaxat potentiæ agit, quando agit.

Porrò, quæsit tanta illa vis siue potentia? & à quo ipsam mutuetur omne corpus? quamquam sibi contradicat Lucretius, iterùm atque iterùm his versibus malè sibi cautus nos docere velle videtur. Hi verò versus, quibus tantoperè seipsum oppetit, obseruatu sunt dignissimi; quippe quos tantis tuis in Epicureum illum Lucretium commentariis fortè-fortunâ, ne dicam ex industriâ, prætermissos à te sum miratus, MI-GASSENDE, hos porìò diligenter pendamus.

> *Lucretius lib. 2. de rerum Naturâ.*

Denique COELESTI *sumus omnes* SEMINE *oriundi,*
Omnibus ILLE IDEM PATER *est, vnde alma liquenteis*
Humorum guttas Mater cum Terrâ recepit,
Fœta parit latas segetes, arbustaque læta,
Et genus humanum, parit omnia secla ferarum
Pabula cum præbet, quibus omnes corpora pascunt.

> Gassendus versus hos Lucretianos prætermissus est; nec abs re, quod hic Indagatu dignissimum videtur.

Hoc igitur Cœleste Semen, de quo vester Titus, Pater ille idem omnibus existens, sequentibus versiculis, ipsi Lucretio aduersantem doctrinam illustrat. Namque aliquid constituit Æthereum ac corporis quadamtenùs expers, in Terras fasceſſens, se seque posteà recipiens in parteis Mundi superiores.

> *Lucretius ibid. & paulò infrà.*

Cedit item retrò, de terrâ quod fuit antè

In terras: & quod miſſum eſt *ex* Ætheris oris,
Id rurſum cœli relatum templa receptant.

Quod idem, poſt Orpheum, Homerus promiſcuè de Ioue ſic panxit.

——— ——— πατὴρ ἀνδρῶν τε, θεῶν τε.

Eſt ergò Ætherium τὸ terrenam hanc molem fœcundans, ex quo aſpectabilis Naturæ generatio penitùs omnis pendet ac proficiſcitur. Hoc illud ipſum eſt, quod Materiem mouet, tractat, ac vtique informat; Hic ille eſt Protheus, vti ab Orpheo perhibetur, quantum ex Hymnis Onomacriticis colligere eſt;

Vide noſtras in Orpheum Elucubrationes, imprimiſque quã ad Thomam Campanellam in ſuum de ſenſu rerum libellum conſcripſimus diſſertationem.

Omnia transformans ſe ſe in miracula rerum.

Hic eſt Spiritus, quem Stoici cuncta fouentem & animantem meditati ſunt. Hæc eſt vnitas Pythagorica, quæ in Multitudinem diffuſa Numeros rerum omnes commetitur. Et vno verbo hæc eſt vera Peripateticorum ἐντελεχεία actus vniuerſos in quolibet ſubiecto ad tenorem vniuerſæ Rationis perficiens: ſiue τὸ θεῖον, quod τοῖ ἄςρων ςοιχείῳ quam ſimillimum contemplatus eſt Ariſtoteles. Illud enim τὸ θεῖον ſiue Ætherea ſubſtantia, quam Priſci vocitauere *Iouem*, cuncta in rerum Naturâ, iuxta vetuſtiſſimam primorum Poetarum Theologiam, moderabatur. Scilicet primum ac potiſſimum cuiuſuis Motus Principium incedebat. Quod quidem ipſiſſimum Principium, Carteſij noſtratis & Hobbeſij Angli amborum huius ſæculi illuſtrium Scriptorum Elementis Phyſicis prorsùs deſideratur. Quippe vulgares Epicurei, pari fermè modo ac celebres illi, quos iam-iam memorauimus, viri, Inſtru-

Haud ſecùs atque Epicurei ac Lucretiſtæ, refelluntur viri Mathematici nec non Phyſici Carteſius & Hobbes.

fius; vtpote qui circa Philosophiæ Naturalis principia grande aliquid frustrà moliti fuere.

mentum pro Artifice, & rem mouendam pro ipso Motore, in Physico negotio sibi sumpsere. Verùm quoniam summus Naturæ Moderator in pondere, numero & mensurâ cuncta direxerit, ideò malè-consulti Mathesim Physicæ, Numeros & Mensuras Substantiis & Rebus præesse sunt imaginati. Etenim præstitere illud idem, quod Anaxagoreis, Democriticis &c. meritò exprobrat Aristoteles; Siquidem, vt aiebat ipse, * *Serram aut Asciam esse Fabrum aut artem Fabrilem arbitrati sunt: quoniam citrà hæc, quæ in officinis vulgò tractantur instrumenta, perfici opus minimè posse videatur.* Nimirum plerique huiusmodi homines corporeis & conspicabilibus rebus nimiùm addicti, vltrà sensuum vim, aliud nihil contemplari sunt. Et vti diuinè olim effatus est Hebræus & diuinus vates. *Non elati sunt oculi eorum, neq; ambulauerunt in Magnis, neq; in Mirabilibus super se.* Igitur apage & exturba tot Atomorum vortices inertesque Ætherios illos globulos, nec non tantam illam Figurarum & Ponderum vim & præstantiam. Fateare sodes, citrà vniuersum illum, quem hactenùs demonstrauimus Per-se-motorem, neq; Solares, quos ~~conspicamur, Turbines, neque~~ cæteros, quantos maximos tibi fingere videaris, Atomorum Rotatus, sisti penitùs ac retardari. Ne te interim pudeat Titi Cari, clarum & euidentem à se ipso dissensum agnoscere. En Inuitus, & præter ratum ab eo fixumque ponderis Atomici, nec non infinitæ vacuitatis Institutum, sic concinit

* Lib. 2. de partibus animalium.

Psalm 130

Quod Apolo, apud

Postremò pereunt imbreis, vbi eos Pater Æther

In gremium Matris Terrai præcipitauit.

Mouet igitur imbrium materiem Atomicam *Pater Æther*, qui fœcundas in terram pluuias præcipitet. Hinc itidem Epicureus Virgilius, & fidus eius Sectator ac Interpres, adeò vt vernâ tempestate pleniùs nemora vireant, luxuriantem vnà cum imbribus Iouem in Terris contuitus est. Quare suis in Eclogis scitissimè modulatur.

Orpheum illud idem est *Pater Æther* apud Epicureum Lucretium. lib. 1.

Iupiter *& læto descendet plurimus imbri.*

Ecloga vii.

Ideóque ipse idem Virgilius, quum rationem genitalium seminum, in terris vere nouo varia variè producentium, inculcare studeret, hanc Naturæ legem iure promulgauit.

Idem fermè pangit Maro quàm Titus Carus.

Tùm Pater omnipotens *fœcundis imbribus* Æther
Coniugis in gremium lætæ descendit & omneis
Magnus *alit*, magno *commistus* corpore *fœtus.*

Georgic. lib. 2.

Genuinam ac veram vides Epicuri scientiam, MI GASSENDE, quam itidem callebat Poeta Romanus. Omneis namque magni corporis siue Terræ atque aspectabilis Naturæ fœtus magnus Pater Æther siue Spiritus ille sub sensus minimè incidens, ac τὸ θερμὸν αἰθέριον *Calidum Ætherium* cuique rei insitum alit, fouet & gubernat. Verum quoniam potior Ætheris pars in Sole contineatur, Διὸς φυλακὴ *Iouis custodia* ab Pythagoricis Sol dictus est. Quidni? quoniam apud Sapienteis Hebræorum, Caussas inter, quas vulgus Philosophorum nuncupat SECVNDAS, magnópere Sol clareat, Entheus Psaltes hoc pronunciauit effatum, *Deus in Sole posuit tabernaculum suum*; proindéque ab sese vltrò dis-

De his & similibus circà virumque Æthere calidum & fri-

gidum demonstrationibus fusius in nostrâ ad Campanellam Dissertatione.

sentiens Lucretius, isti nostræ, quam exploratam habes, doctrinæ, huc vsque & præter propositum, astipulatur.

——————— *Et Solis Terra vapore*
Fota nouet fœtus, summissaque gens Animantum
Floreat, & viuant *labenteis* Ætheris Igneis.

De Aurâ Ætheriâ, quæ sit Mens veterum, satis superque contrà Epicurum, comprobatur.

Vide quem edidimus de immortalitate Animæ libellum.

REperitur ergò *Tertia quædam Natura, ab omni Corpore seiuncta, secretaque ab Inani.* Imò ipsissimo Inani quam maximè opposita, quæque per excellentiam ac μετωνυμικῶς INFINITVM appellabatur. Iccircò in Asclepio Trismegisti, quem Latinè vertit Madaurensis Magus, sic præcipitur. *Inane nihil esse dixeris, quod etsi contigerit videri quod Inane possit esse à rebus, quamuis breue sit vel magnum quod Inane videtur,* SPIRITV *tamen siue Æthere &* AERE *vacuum esse non possit.* Verùm Spiritus ille, quo vacuum nihil in rerum Naturâ, VITA ab Epicureis plerumque vocitatur. Ideòque Virgilius in Georgicis Ætherios haustus dicit *tenueis vitas.*

Spiritus & aeris plena sunt omnia materiei vel Atomorum ab Epicureis conficta spatiola.

4 *lib. Georgic.*

His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
Esse Apibus partem diuinæ mentis & haustus
Ætherios *dixere.*

Et paullo infrà.

Quemque sibi tenueis *nascentem arcessere* vitas.

Boethius de consolatione Philosop lib. 3.

Hàs quoque vitas Boethius libro de consolatione Philosophiæ *Minores* appellat, quia simplices; adeó-

ut Auræ quàm simillimas vtcúmque imaginetur.

Tu caussis animas paribus, vitasque minores
*Prouehis, & Leuibus sublimeis Curribus aptans
In cœlum terramque seris, quas Luce benignâ
Ad te conuersas* reduci *facis* Igne *reuerti.*

Ad hæc insuper Trismegistus in Pimandrâ, dignissimus profectò est, qui etiamnùm audiatur. *ζωῆς ἡ ἐνέργεια καὶ πνεῦμα, οὐχὶ κίνησις, vitæ vis siue efficacia & Spiritus existit, à quo Motus penè omnis*, & à quo *ἀνάγκη καὶ πρόνοια καὶ φύσις, Necessitas & prouidentia atque Natura*, quæ vna eademque res, prô diuerso sui munere, diuersis gaudet nominibus. Vnus enim & idem Spiritus Æthereus Pater Æther ab Epicureis, & Quinta *οὐσία* ab Peripateticis, *& Iuppiter* ab Orphicis, quos affectare visi sunt Hippocrates, quum initio libri de diæta *φαὸς Ζηνὶ Lux Ioui*, in rerum generationibus adesse censeatur, nec-non diuinus ipse Plato, vt videre est in Timæo, iuxtà Procli Lycij commentationes; *vnitas* etiam ab Pythagoricis, vt quæ partium expers est: & *Archaus* ab Chemicis recentioribus, diuersimodè, vti obseruandum cedis quàm lubens, cognominatur. Par fermè innuit doctissimus Fracastorius de Ioue siue de communi illo Æthere loquutus.

Aduersùs Roselium effusiorem & indoctiorem Trismegisti interpretem.

De ipso Ioue siue Spiritu cuncta replente varia nomina.

Est eadem nobis patria, & Cœlestis origo
Ab Ioue, *nos terris pariter, nos Æthere in alto
Versamur pariter, coniunctaque munera obimus.*

Proindeque Manilius. *

Cognatumque *sequens corpus* (nempe Æthera) *se quærit in astris.*

* *Lib. 4. Astronomicon.*

Et alibi idem Author.

Ipse vocat nostros animos ad sidera Mundus.

Hæc autem Ætheris siue illius τοῦ θείου tantoperè celebrati vera ac genuina cognitio, potens est eatenùs difficillima quæque ac longè pulcherrima Naturæ Principia non excutere solùm, sed etiam rerum ortus primamque formarum Originem interpretari. Verum peruetus est miniméque nouum hoc, quod iam iam instituimus, Naturæ scitum, cuius quidem non Authores nos, sed Conciliatores solummodo & Explanatores, vti ex antè-dictis fit palam, profitemur. Omnes namque Philosophi has penè omnes sententias habuerunt Menti insitas & ab Naturâ quasi insculptas, etiamsi verbo-tenùs aliud atque aliud exprimere conati sint. Philosophorum enim erat antiquitùs, quæcumque Naturam vel Deum spectarent, tanquam Mysteria integumentis quibusdam & inuolucris implicita, enunciare; vt qui siue Turbæ Vesaniam veriti, siue hæc tàm abstrusa, si nullo caperentur negotio, probatum iri minimè confiderent. Propterea, vti superiùs inculcaui, variis Titulis ac Nominibus donatus Spiritus is ac in rerum Naturâ adeò laudatus, ab cunctis fermè Sapientibus Insignis olim habebatur. Verùm in sacro Beresith Codice dicitur *Spiritus Domini*, vt testatur Picus Mirandula,* & in Pimandra *Mens Dei in Igne;* cocircà ab Pythagoreo Pindaro Lyricorũ Principe Poetâ pangitur, πατὴρ ἀριστοτέχνης *Pater optimus & Sapientissimus Artifex;* scilicet *Pater* quia gignit, alit & tutatur omnia: *Artifex* verò quià certo rationis ductu

Quare veteres scientiarum placita occuluerunt.

* Heptapli, cap 2.

ductu res mundo conspicabiles molitur & conformat. Quin & à vestro itidem Lucretio ille vocatur *Natura Dædala Rerum*, à voce Δαίδαλος pro δαιδάλεος, *Artis particeps*, ab verbo Δαίω *scio*, *artem Calleo.* * Secùs dictus est is Spiritus *viuida vis*, quoniam, vt inquit, Fernelius, *Spiritus est quidam per totum fusus, cui salutaris inest & vitalis calor.* Pro comperto enim est, Animal omne calorem in se continere ac fouere, quo vitam tueatur: quoque absente & veluti extincto, Anima decedit atque intermoritur. Idcircò in dubium nequaquam vocabis quisquis es doctrinæ Epicureæ Assertor probatissimus, quin *Spiritalis ille calor* ad vitam degendam sit omnium maximè necessarius: quippè qui *Ad Animæ Naturam accedat proximè, & illi perpetuus atque indiuiduus Comes adsistat.*

* Lib. 1. de abditis rerum caussis cap. 1.

Spiritus Ætherius Μετωνυμικῶς *ab priscis cùm Philosophis tùm Poëtis* Mundus *nuncupatur.*

DEnique, MI GASSENDE, hìc vel per satyram obseruare est, antequam de Atomis Epicureis vberiùs differamus, Spiritum illum Æthereum ab Romanis & Atticis Κόσμον *Mundum* identidem vsurpari. Videre-licet quòd viuida illa vis Naturalium rerum opifex materiem confusam & inordinatam seu fluxas materiei Atomos cogat, concinnet & moderetur. Idcóque Poëta-Astrologus.

Materiæque *datum est cogi, sed cogere* Mundo. Libro 4. Astron.

Sic ergò Iosephus Scaliger suis in Manilij Isagogi-

cum notis, hunc versiculum commentatur. *Materiam* siue *Atomos* ait τὸ ὑποκείμενον: *Mundum* verò siue Spiritum Ætherium (nam per *Mundum* κατ᾽ ἐξοχὴν Ætherem siue Mundi Animam intelligit) τὸ ποιητικὸν seu *rerum molitorem*. Et rectè; nam Æther dicitur Mundus, quià purus putus & omnis corruptionis aut colluuici expers. Et alibi canit idem Author.

Ipse vocat nostros animos ad sidera Mundus.

Cap. 1. l. 1. Siquidem, vt ait Plinius initio Naturalis Historiæ, *Mundum* & hoc, quod nomine alio *Cælum* appellare libuit, *Cohum* vocauere veteres. Quare, iuxta Photium Patriarcham, Pythagoras primus Cœlum esse *Mundum* docuit διὰ τὸ τέλειον εἶναι, quoniam *omnibus sit rebus decoratum & quasi perfectum:* Et antè hunc istum, Orpheus vetustissimus Mysta Ætherem passim in hymnis vocitat *Mundum*.

In sua Bibliotheca de vita Pythagora.

Quid sit MVNDVS *iuxtà veteres demonstratur.*

Κόσμε πατὴρ, σφαιρηδὲς ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν
Οἶκε θεῶν μακάρων.

O Munde *pater in gyrum volutè circà terram*
Domus beatorum Deorum.

Quin & Proclus in Timæum Platonis τὸ πᾶν οὐρανὸς καλεῖσθω ἢ κόσμος *omne Cælum vocatur Mundus.* Quibus assentitur Adrianus nostras Turnebus, * *Mundus etiā Cælum est, qui Mundus est superior.* Et à Cicerone in Timæo appellatur *Mundus Lucens.* Quin & Stoicus Seneca, quum describit Mundanæ renouationis siue παλιγγενεσίας primordia, & ætatem quam vocitauere Auream siue *Saturninam*, sic loquitur appriméque ad institutum. *Mollem somnum Mortalibus Tellus dabat, non impendebant cælata laquearia: sed in aper-*

* *Lib. xix. cap. xxiv.*

to iacentes, sidera superlabebantur. Et insigne spectaculum noctium MVNDVS *in praeceps agebatur.* Vides ergò Ætherem siue Iouem atque vim rerum motricem καὶ τὸ ποιητικὸν *Mundum* ab veteribus vocatum, cogere & concinnare fluxas materiei Atomos, siue τὸ ἀποκείμενον; ac rursum & quam appositè Manilius.

Materiaque datum est cogi, sed cogere Mundo.

Namq; Mundus id est Iuppiter, siue Æther Materiem tractat, perficit ac regit; & vt ait Poëta in Eclogis.

> *Ecloga* 3.

Ab Ioue *principium....* Iouis *omnia plena.*
Ille colit terras. MATERIAM scire licet.

Reperitur tandem, vel mussante Lucretio, Tertia quaedam Natura à Corpore sejuncta, & ab Inani secreta.

HInc igitur Æthereus ille Spiritus cuncta replens, tractans, ac molitus, omnem penitùs tollit vacuitatem; proptereáque dicitur ab Mirandulano Comite *Organum diuinae artis.* Has item, Ætherias Atomos mirum in modum, describit Democritus his verbis πυρῶδες σύγκριμα ἐκ τῶν λόγῳ θεωρητῶν. *Ignea concretio ex corpusculis in sensum minimè cadentibus & solâ ratione percipiendis.* Quin etiam Cardinalis Cusa, * *Spiritum vnionis* appellat *in materiâ remanente qui dum cessat vnire, se retrahens ob Organorum Indispositionem, tunc quasi ad astra rediens forma suprà astrorum influentiam ascendente & materiâ illâ descendente.* Et vti sancit diuus Thomas *Spiritus corporeus inuisibilis est, vt qui parùm habet Materiae.* Et ipse idem alibi *ad rerum generationem suf-*

> Constans Spiritus ille Ætherius vacuitatem penitus omnem amolitur.
>
> *Libro* 1. *in heptaplum.*
>
> * *Libro* 1. *doctâ ignorantiâ c.* 12.
>
> *Sanctus Thomas* 1. *quaestione* 36. *articul.* 1. *ad* 1.
>
> *Idem* & 1. *quaest.* 45. *art.* 8. *ad* 3.

ficit agens vniuersale, QVOD EST VIRTVS COELESTIS, putâ *Ætherius*, de quo eatenùs est dissertum, *Spiritus*, intra Mundanam materiem *κοσμοκράτωρ* incedens. Habes itaque Reperram Tertiam quamdam Naturam à Corpore seiunctam & secretam ab *Inani*. Siquidem neque Animans, neque stirps, neque quicquam cæterarum rerum conspicabilium appellatur Natura. Id sanè quod est *ortus omnisque actionis occultum intimumque Principium*, NATVRA *cuiusque rei dicitur & est*. Nimirùm huic planè subiicitur ea ipsa communis rerum Materia, quæ aliud nihil est quàm Atomorum congeries neque enim meretur Naturæ titulo quaquâ ratione donari. Solus namque Spiritus Ætherius Materiæ subiectæ copiam sui facit, qui principes rerum formas moliatur & concinnet; Is enim vnicus, tanquam primùm Dei vel Naturæ, vti vulgus voce barbarâ loquitur, *Naturantis* instrumentum, satagit priuarum omnium penitùs Naturarum; Proindéque ille idem ipse per excellentiam ab Veteribus NATVRA appellitabatur. Siquidem quamdiu corporeis vinculis implicitus in materiæ sinu commoratur, tamdiu incolumis ~~valet peculiaris ac indiuidua~~ quæuis Natura, atque etiam suis, sibi sufficiens, vicibus pacatè defungitur; vtpotè in vno eodemque Naturæ subiecto quàm plurimæ fictæ sunt ab insito illo Spiritu formarum differentiæ. Verbi caussâ, vna eademque Laurus, Radicis differentiam vnam sortitur, alteram Corticis, alteram Caulis vel Medullæ, Fibrarum vel Baccarum; vno verbo, pro ratione

Quid sit Natura.

Quas in quouis subiecto vices obeat Natura Ætheria.

omnium ſui partium, multiforme variæque Naturæ corpus contemplandum eſt.

Ecquânam ergò vi ac ratione Stirpes perenni generationum tenore producent Fructus quàm ſimillimos, vti & Animantes ſuos Fœtus, ſi cuncta temerario Atomorum motu cieantur? Ecquonam caſu tot Figuras & Numeros tam in Gemmis, Metallis, Marcaſitis Stirpibus quàm in Animantibus, vagarum húcque vel illuc palantium Atomorum pondus indefinitum, ſtatis horis ſeu tempeſtatibus ac rationum momentis, componeret, ſupputaret, commenſuraretur. Igitur Auicennas, Auerroes, Abenragel cæteriq; Arabes, poſt Pythagoram, Platonem, Ariſtotelem & vniuerſos fermè Græcos Sapientes, hoc ritè placitum ſanciuerunt, *Opus Naturæ, opus Intelligentiæ non errantis.* Eapropter eſt ὡρισμένων ἀριθμὸς *numerus rerum definitarum*, vt cenſebat princeps Academiæ iuxtà Laertium; Hinc Animalia ſuis omnibus Numeris & Menſuris abſoluta extant, perfecta, definita: μετέχει τὰ ζῶα ἀριθμοῦ *numeri participes ſunt Animantes*, inquit ipſe Plato: Hic ille numerus apud Peripateticos Eſſentia vulgò nominatur. Hos porrò Numeros & has Figuras mirati ſunt Naturæ Contemplatores: circa ſtirpes Theophraſtus & Dioſcorides, vti circa Animantes Ariſtoteles & Galenus. Imprimiſque hic iſte, vti colligere eſt ex mirando ſuo opere de Vſu partium. Agnouere namque omnes occultam quandam vim intelligentiæ participem, eamque κατ' ἐξοχὴν *Mentem Geometram* nominarunt Platonici. Nimirum Gemmis, Lapidibus, Metallis,

Quâ ratione ſtatæ ſunt rerum Naturalium termini definitæque mundi vti & ſtirpium animantiumque Tempeſtates.

Laertius & *Pythagora.*

Iuxta veteres Sapientes eſt *Mens Geometra* omnia concinnans & debitis numeris Perficiens.

Stirpibus & Animantibus insidet vis, quæ omnia cuique rei congrua necessariave clanculùm disponit & tuetur. Hæc enim nos docet tener Animantum Fœtus, qui debitis ritè muneribus defungatur. Videre licet, nundum exertat cornua vitulus, quin similis habenti obnitatur capite, & fronte summissâ, quasi Cornutus, infestum sibi obuium quempiam lacessat; Interior nempe & abditior Natura monet Animantes ea penitus omnia quæ ad vitam tuendam maximè sunt necessaria. Heinc tot & tam variæ Animalium actiones, occultâ & tacitâ eas dirigente Naturâ. Has ob caussas Natura ab Hippocrate dicitur *φύσις ἀδιδάκτος Natura seipsam edocta*; ab Aristotele Δαίμων, & à Galeno *αὐτοδίδακτος per se erudita*. Et quoniam ipsa interiori Lumine nos illustret, in libro Sapientiæ iuxtà Cabalistas vsurpatur, *Lucerna hominis quæ non extinguitur.*

Vniuersa rerum Natura quàm sapiens & intelligentię Compos.

Quid moror? inconspicabilem hanc & per τὸ ὅλον fusam Mentem Ætherio Spiritu potitam, miris enucleat verbis generosa & magnanimis illa Mater Machabæorum. Sic enim ad eos, *qualiter in vtero meo apparuistis: neque enim Spiritum & Animam donaui vobis & singulorum membra ego ipsa non compegi.* His igitur meditatis ac ritè digestis, Tertia concedenda nobis est ἁπλῶς ea Natura, quæ, vel ringente vestro Lucretio, constantissimè rei cuique Naturali dominetur. Hæc est cuiuslibet Ordinis, Numeri & Motus Caussa vnica; Hæc est simplex & communis rerum omnium Forma, à qua virtus omnis omnisque Facultas, quæ quantò sublimiorem & præstan-

Lib Machab. cap. 7.

tiorem in modum quasi euecta, tanto plures in se comprehendit efficientias, tantóque illud, quod manet subiectum, instructius & ad singula sui munera obeunda accommodatius fingit, temperat & architectatur; vtpotè formarum gratiâ, corpus omne conditum est, non item corporis ergò comparatur forma siue ἐντελεχία, & vt loquitur diuinus Senex, Rerum ψυχὴ priua & singularis.

Hippocrates, lib. de morbis vulgaribus.

Profectò Spiritus ille vniuersus, τὸ penitùs Inane procul abigens, nec-non omnes Mundi partes subiens & moderatus, est ea ipsa Concatenatio totius Naturæ; hi sunt Annuli Platonici; hæc est Catena aurea ab ipso Ioue ad Orcum demissa, de quâ Poëta Græcus, quem vltrò iocatus ridet hoc versiculo Lucretius, nec præter sumptum à se propositum; namque Contigua vtique Corpora inter-sertis Inanitatis spatiolis, non autem Continua, haud inscitè docere sibi visus est. Quare ita canebat.

Quid sit Homeri Catena aurea? quid Scala Iacobi Patriarchæ iuxtà Cabalistas? quid Annuli Platonici? quid Demū scala Zoroastris à Tartaro ad primum Ignem enucleatur.

Haud, vt opinor enim, mortalia Saclà supernè
Aurea de Cœlo demisit Funis in arua.

Cui quidem refragatur Empedocles, teste ipso Aristotele,

Radices Æther Telluri credidit altas.

Ideóque Macrobius Catenam illam Homericam censet esse, à summo Deo ad vltimam rerum fœcem, connexioné vnam, mutuis se vinculis religantem & nusquam interruptam.* Hæc est scala Iacobi Patriarchæ iuxtà Cabalistas à Terrâ ad Cœlos. Hæc similli mè secundùm Zoroastrem est scala à Tartaro ad Primum Ignem.* Ex hâc igitur rerum, penés Æthe-

**Vide Rabbi Ben Maimon, libro more Neuochin parte 2. c. 0. & idem Rabbi magno suo Opere Talmuldico.*

** Ita Picus*

Mirandulanus conclusione 1. iuxtà opinionem suam de dict. Zoroastris.

** Statius Thebaidos 6.*

rium illum Spiritum, cognatione, patere nobis debet,

——— ——— *Quis sidera ducat **
Spiritus?

Id est, quâ illice vi, Terra, Luna cæterique Planetæ, iuxtà priscos, nempè Pythagoram, Platonem, Nicætam Aristarchum, &c &iuxtà Nuperos, putà Copernicum, Galilæum, Kepplerum, Lansbergium, teque ipsum, MI GASSENDE, fulciantur, ferantur, rotentur. Hanc de motu Solari Lunarive, penés Ætherium Spiritum, rationem expiscatus & commentus sagaciter fuerat Hippocrates, quantum vacat cuique sumere ex laudatiori suo de Spiritibus Libello.

Ratio motus omniū Planetarum circà Solem demonstratur.

Cæterùm Formæ, quæ Mixtorum, Mineralium, Vegetalium & Animalium speciem constituunt, nihil sunt aliud quàm Spiritus essentiarum Naturalium, κατὰ τύπον priuam & peculiarem, molitores. Hi scilicet Spiritus originis suæ monimenta clam occulentes, propriâ indole & silenti motu ad suæ scaturiginis originem contendunt & euehuntur. Iccircò cuncta ferè animalia, quorum Animæ (de Humanâ ne verbum quidem hìc loci, est autem αὐτόματον τι & ἁπλῶς, ex Arcanis & publicis Ætheris thesauris, & vt more Platonico loquar, ex magno Iouis Cratere exhaustæ sunt, in hunc Cœlestem Monarcham, nempe Solem, seu ætherem natiuâ quasi reminiscentiâ anhelant & regrediuntur. Vtpotè natiuo hoc regressu huc cedunt Auræ illæ Simplices MINORESVE, vt loquitur Boetius, VITÆ, vniuerso illi

Spiritus Ætherei sunt rerum formæ.

Cur solum vertant animantes vicibus alternis & statis tempestatibus.

illi Naturæ Principi natale imò eſſentiale quoddam tributum relaturæ. Hæc autem λεπτομερέστατα Ætheriorum Spirituum Corpora canit Virgilius.

——— Viua volare
Sideris in Numerum & alto ſuccedere Cœlo.

Quin etiam Manilius libro quarto Aſtronomicωn, idem ſtatuere videtur, quum noſtrum pangit corpus Ætherium ſui ſimilem Spiritum in Aſtris conſectari.

Cognatumque ſequens Corpus ſe quærit in Aſtris.

Idem fermè Pythagoras docebat ſuos diſcipulos, vti colligere eſt, ex Aureis illis Carminibus, quæ ſub initium & finem diei refert Galenus recitare ſe fuiſſe ſolirum.

Ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ἔσεται ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός.
Cum autẽ linquens Corpus in Æthera liberũ perueneris,
Eris Immortalis Deus, corruptionis expers, neque amplius mortalis.

Et, vt Poëta-Aſtronomus, de Animis poſt vitæ exceſſum ſermonem faciens.

——— Suumque habitantia Cœlum
Ætherios *viuunt* annos, MVNDOQVE (ſeu, præcipuâ Mundi parte nempe Sole) *fruuntur.*

Vnde tot Animantes ad motum Principis huius Mundi partis, nempè Solis, diuerſas Cœli Plagas diſſitoſque Cardines ſubeuntis, tam varia præſtant & moliuntur. Quarum quidem operationum exempla nobis ſuppeditant ſuis cantibus Galli; Quin & Hirundines, quum primoribus brumæ temporibus

Cur ad motum Solis Galli concinant? Cur etiam

Luſciniæ vel Hirundines Apricaturæ in extorres regiones peregrè proficiſcantur & conuolent.

Quod quidem aſtruit Ariſtot. lib. 8. de generat. Animalium & maximè circà caput 12.

in Terras Apricas conuolant: & vt loquar verba Maronis, cum Frigidus Annus confertas Auium turmas trans Pontum fugat, vel cum ſudum Veris eas reuocat, reuocatæque in hæc noſtra Climata concedunt. Plurima enim ac diuerſa non Auium modò ſed & Piſcium genera, diuerſis alterniſque Regionum Incolatibus, iuxtà diuerſas tempeſtatum differentias, huiuſce præſentis ratiocinationis momenta nobis exprimunt, aperiunt atque confirmant. Hæ namque Animantes copioſo, ſubtili & Æthereo Spiritu pollentes comitantur Solem: non ſecus ac Canis olfacit Herum, etſi minimè videat, ab eoque quam-longiſſimo diſſideat interuallo, odorâ ſuâ vi attinet & conſectatur. Pari vtique hocce modo, adductæ cœleſti dumtaxat Spiritu Animantes Soli inhiant, ipſiſſimoque illi vltrò adducuntur; Videlicet Spiritus Ætherius harum ipſarum forma Deſpotica ac omnipotens incedit. Quin etiam nata recéns Hirundula Hyemis ſiue Solaris abſentiæ moleſtias nondum experta, gentilitiũ & natale Solum linquit, quæ extorres & peregrinas auras inuiſat apricataq; tutius, ac iucundiùs incolat. Itaq; ~~vt Infans nullâ præuiâ notione extremas~~ materni vberis Papillas, propriâ & ſilenti nedùm inſitâ Naturæ ὀρέξει, ſiue potiùs communi ſecretâq; rerum Intelligentiâ appetit, fugit & prolectat: ita fermè Animantes illæ paruulæ, [illegible]uti Luſciniæ, Galli, Hirundulæ & cæteræ id genus Aues, diuerſas edunt actiones, docente & eas ſolummodò inſtigante Spiritu Ætherio, ſiue diuina illa Pſyche, de qua Mado-

renſis ille Magus, * vel potiùs Diali ipſa Venere Animantum ferè omnium, quaſi Formâ, incedente. Tantis tuis allicibus tantâque, χαλίνων vi, neceſſariiſque vinculis irretire ac deuincire rerum Δυνάμεις ac ἐντελεχείας mirum in modum geſtis, ô Solaris Naturalium Mortaliumque rerum Regina Venus!

Asino aureo.

—— ——— Ita capta lepore,
Illecebriſque tuis omnis Natura Animantum
Te ſequitur cupidè, quocúnque inducere pergis.

Lucretius lib. 1 de rerum Naturâ.

Verum-enim-verò, huiuſmodi ratiocinij vim & robur, iamdudum aliis noſtris Diatribis, ſatis ſuperque diſcuſſimus, enucleauimus, demonſtrauimus. Igitur à Scopo diuerſi propoſitum nobis callem relegamus, & ad apicem intenti, præſcripto penſo atq; operi oppidò nos accingamus. His namq; ſedulò examinatis, diſcant veſtri Lucretiſtæ & mirari deſinant, cur copioſus Maris Spiritus, & vt ita dicam vaſtum Spirituum ſimul & Aquarum Pelagus protendatur quoquouerſùs fluens & refluens, ſecundum canonem rotatuum & gyrorum Solarium; Nec mea refert, vtrum ſtet more Pythagoreo Sol vel Terra, necne? Ducitur quippe & quaſi colligatur Solari globo κατὰ συμπάθειαν, vel Mare, vel Terra, vel Aeris ac Ætheris vortex, vel Luna, vel quiuis alius Planeta. Hãc profectò NATVRÆ COGNATIONEM nec-non Α'τόμων Συμφιλίαν vocat Epicurus * & ad Herodotum, ita de communi Animo ſcribit, κατὰ τὴν ὁμόρησιν καὶ Συμπάθειαν ἐνυπάρχουσα ἡ ψυχὴ iuxtà *communem Atomorum fluxum & ſympathiam inexiſtit Animus.*

Ratio fluxus & refluxus Oceani.

* Vide Laertium in vitâ Epicuri & hunc præcipuè quem Magnus Menagius doctiſſimâ Criticè illuſtrauit & notis benè multis locupletauit.

Non ſecus atque ad aſpectum formoſioris cu-

iusdam Puellulæ, spermaticis è vasis erumpunt quàm citissimè, vnà cum seminis profluuio, interni Ignes siue Spiritus Ætherei: vt potè lasciuientes illi ipsi Spiritus, vniuersis Baccho & Venere, idest Æthereis auris, ipsi communi rerum Intelligentiæ famulantibus, quasi inebriati siue οἴςρῳ perciti ac furentes, κατὰ Συμπάθειαν, adnituntur communionem facere cũ alienis illis, qui Puellare corpus animant & regunt, Spiritibus, eisque adhærescere penitùs, ac velut agglutinari. Siquidem, vt olim effatus est Cicero, *conuenientia consensusque Naturæ, quæ quasi cognatione continuatâ conspirat, ea vno diuinoque Spiritu continetur, estque in ea iste quasi Consensus quam συμπάθειαν Græci vocant.* Ea-propter Mare vniuersum copioso isto Animatum Spiritu, veluti docent Hippocrates libro de Spiritibus, & cum Platone Aristoteles, quasi luxurians vnà cum illo isto Spiritu, propriâ Δυνάμει, toti marinarum aquarum Massæ ἐπιπολάζοντι, vnà rapitur versus Solem amplæ Tethios Matrem omnium Spirituum Fontem in exhaustum. Illud autem vel præcipuè vernis temporibus contingere deprehenditur, quum Sol subit Arietem vel ad Septemtriones reuertitur. Ideóque magnus & immanis Occeani Fluxus à Meridie ad Septemtrionem auspicatur. Namque tunc temporis Pater Æther siue Sol his Europeis oris, cis Æquinoxialem Lineam sitis, abundè consulit. Heinc noster Virgilius.

Libro 3. de Nat. deorũ.

Cur constãter Ὡ'ραι Æquinoxialium Magnus Fluxus vel Refluxus, marina propter littora, increbrescant?

Georgic. 3.

Vere nouo quia vere redit Calor.

Id est Ætherium & diuinum Solis τὸ θερμὸν, præ ve-

ris luxuriantis mollitie, totum Venereum imò ipſa Venus.

Nam ſimul ac ſpecies patefacta eſt Verna diei
Et reſerata viget reſerabilis Aura Fauoni
Aeriæ primùm volucres te Diua, tuumque
Significant initum, perculſæ corda tuâ vi. *

Et paullò infrà.

———— *Ita capta lepore*
Illecebriſque tuis omnis Natura Animantum
Te ſequitur cupidè, quocúmque inducere pergis.

Verùm cœleſtis illa Venus ſiue Sol, non ſolùm quocúmque inducere pergit Animantes moderatur: quin etiam vnà cùm Monſtris & Piſcibus Marinis vniuerſam Oceani molem ad ſe rapere non grauatur. Ea-propter in Hymno apud Orpheum, Dialis illa Venus, his effertur Encomiis, *ἐν πόντῳ βυϑῷ τε σεμνή in Ponto Profundoque veneranda.* Proindéque quum primis Autumni pruinis, à Borealibus ad Auſtrales plagas Sol remeans, cœleſtem Signorum ſemiſſem adæquantes Libræ Gradus ſubit medius & pererrat, protenſum ad extremos vſque Terrarum margines Oceani corpus Meridiem appulſurum circumfluit. Nimirùm, vt Solem ſuum Principem ac Dominum vltroneâ ſponte ſectetur. Propterea Æquinoxialibus Aquarum conuerſionibus commouetur Abyſſus Maris vniuerſa, fitque rursùs ingens turgeſcentis Amphitrites Incrementum. Quæ quidem miranda huc vſque Oceani indoles, Marinumque Borealium & Auſtralium fluxuum alternorū refluxuumq; myſterium minimè latet Nautas

* *Heine Apollo dicitur præeſſe Muſicæ quia Sol ſua præſentia ſuoque influxu, cuncta recreat & reficit; Heine Aues vere nouo integrant cantus & modulamina.*

Panditur fluxus refluxuſque Oceani myſterium; & imprimis quare circà Æquinoxiales horas ab vnico Solis motu exporrectiùs reſtagnat & altiùs turget Magnum Maris Incrementū.

Batauos & Lusitanos. Cæterùm, MI-GASSENDE, habetur Fluxus ac Refluxus, ad quos stupent plerique, clarior Demonstratio in Orphicis nostris Elucubrationibus probatis à tè, vt qui Amicis vltro blandus gratuleris, nimiúmque abs tè concelebratis. Pari ferme ratione, Luna, quæ ab Orpheotelestis Ἀνταία nuncupatur, eo quod Soli *quasi opposita sit*, ipsum Solem mentita, ac pro diuersis suis Conuersionibus & in marinas oras influxibus, Solares imitata vultus, silente Nocte Appollineisque, vt ita dicam personata ac fucuta Luminibus, pellicit atque in sui amorem & necessitudinem trahit porrectam quoquouersùs totius Pelagi molem; Scilicet propter Ignium seu Spirituum è Sole in Lunam, & è Luna in Mare pertinentium, Naturam & indolem quàm simillimam, κατὰ συμπαθείαν, vti Græci, & *propter Consensum reciprocum* sicut Latini vsurpauere. Proindeque Luna Solis Vicaria plane videtur: imò Sol alter; quare Aristoteles * ἔστι γὰρ ἡ Σελήνη ἀρχὴ &c. & paullò post, γίνεται καὶ ὥσπερ ὁ ἥλιος ἐλάττων *fit enim Luna quasi paruus Sol.*

Quare communis totius Naturæ consensus cognatioque.

* *Aristoteles lib. 4. de generatione Animal cap. vltimo.*

Eccur autem Mare non comitaretur Solem & Lunam eius æmulam, si quotidianâ freti experientiâ discamus nostros humores, & præcipuè Sanguinem diurnas Aeris affectiones penitùs imitari? Namque, iuxtà diuersos, quos Sol pererrat Cœli Cardines, diuersam Sanguis, vnà cum reliquâ totiùs corporis massâ, sortitur temperiem. Verùm, etsi Sanis & Benè-se-habentibus obscurè se se det variorum horum habituum discrimen: attamen aduersâ vale-

tudine grauiter laborantes, aut aliquo membro sauciatos aut fractos, Matutina, Meridiana, Vespertina, Serotina, Nocturna temporis Series affectare diuersimodè videtur. Quod quidem exploratum & constans apud vulgus habetur. Vt porè Spiritus Solaris, & Æthereus cui vis genitiua & conseruatiua insideat, Διαφοντικῶς ita dominatur, vt priuam quamlibet Naturam, *Indiuiduum* vulgus dictitat, iuxtà debitam sibi indolem, concinnet, perficiat, foueat, tutetur, & ad vernacula sua munia adeò destinet atque traducat. Mirum profectò! tot Insecta passim procreat, siue in Mari, Fluuiis, Lacubus, Stagnis, Paludibus; siue in Antris, Specubus, Conuallibus, Montibus, Camporum Æquoribus, siue etiam in ipsis Plantarum, Fructuum, Animalium, imo vero ipsorum Metallorum, Marchasitarumque Corporibus atq; etiam si, boná fidem faciat Aristoteles, in ardentibus Ignium flammis. Horum porrò Insectorum alia vix-dum nata moriuntur, alia post Hebdomada, alia post Mensem, alia post Annum: sed penè omnia aduentante frigore; vnicuique enim sagax ille, prouidus, &, vt sibi voluere, omni-scius Spiritus, vel minimulis Insectorum, quod est sibi congruum impertit & erogat. Quare Muscæ, Papiliones, similiaque Animalia lætantur, pruriunt &, vt ità dicam lasciuiunt, coram Sole, aut illi cognato alioquouis Lumine, necnon efferuntur inditis ac natiuis suis Spiritibus, in patrium & Æthereum Solis Iubar, aut in vulgarem & eius Æmulum Facularum splendorem. Simili

Omniū Motuum Naturalium ratio penitissima demōstratur.

fere ratione, Spiritus Terram, Pontum, cæterosque Planetas animantes & informantes rapiuntur in Solem, congenitâque suâ Sapientiâ sequuntur; Adeò vt Cœlum Terrestre, vel Marinum, vel Aereum, vel Lunare, vel Venereum, vel Mercuriale, vel Iouiale &c. stato & rato ordine circà Solem Mundi Centrum, Formarum fontem ac inexhaustam scaturiginem pelliciantur penitus intimeque addicantur. Hinc Astrorum varij Motus; Hinc Oceani Fluxus Refluxusque; Hinc Gallorum cantus; Hinc Auium Pisciumque erraticæ profectiones; Hinc Demum diuersæ rerum affectiones atque Motus.

Ratio Motus Solis & cæterorum Planetarum perhibetur; nec-non iuxtà Motum Solarē Animantum cursus ac recursus, itus & reditus affectus & passiones confirmantur & stabiliuntur.

Ex hac item rerum omnium, præ Spiritus Ætherei, siue Solis vicibus & officiis, quòd satis superque enucleauimus, cognatione, planè liquet, quâ vi, duo corpora plana & exquisitè polita vniantur arctius & in vnum quasi coalescant. Scilicet ab hoc vniuerso Solis Spiritu, & κτ᾽ πύπωσιν, quod animaduersu dignum dico, *Electrinâ quadam vi*, siue, vti loquitur Gilbertus *Magneticâ rerum Contractione* adducuntur & cohærent. Coalitio autem illa & vniuersa rerum complexio; suppositiriâ vacuitatis occasione, constare minimè videtur. Namque nihili vis nulla: cuius par ratio Materiæ congruit, vt quæ mera Passio sit, atque adeò citrà Motorem, quem vestris Epicureis iam-iam proposui, Æthereum Spiritum, omnis omninò iaceat expers actionis. Has ob Caussas Generatio iuxtà Platonicos *Non est productio Vitæ in Materiâ, verùm Latentis est*

Duo plana maximè polita vi aut odio Vacuitatis non Cohærent. Sed Cognatione Spirituum præ rei æquatione.

in

in Materiâ Vitæ siue Spiritus Editio, & subinde propagatio, explicatioque. Nimiùm immensa illa & per cuncta facescens totius Mundi rectrix Anima res fermè omnes spectabiles formans perficiens atque conseruans, & vno verbo Iupiter qui, vt canit Orpheus iuxtà Porphyrium,

Πάντα δ' ἀποκρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
Μέλλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν πολυθέσκελα ῥέζων
Cuncta autem magno sub corde recondens
In almam lucem diu molimine profert.

Iterùm quid sit ille Spiritus Solaris ac Æthereus inculcatur.

Iccircò apud Mercurium ad exordium Pimandræ habetur ὁ θεὸς, τοῦ πυρὸς καὶ πνεύματος ὤν. *Deus Ignis & Spiritus existens.* Proptereàque initio libri de Membrorum Constitutione qui, vt scitè animaduertit Iulius Scaliger, falsò de Carnibus inscribitur: vel ad Criticen accommodatiùs iuxtà mentem Zuingeri, non περὶ σαρκῶν, *de Carnibus* sed περὶ ἀρχῶν *de principiis.** Pensitandas atque animo refricandas has voces ratâ ac firmâ sententiâ pronuntiat magnus ille Senex, δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν ΘΕΡΜΟΝ ἀθάνατόν τε εἶναι καὶ νοεῖν πάντα καὶ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ εἰδέναι πάντα καὶ τὰ ὄντα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι καὶ ὀνομῆναί μοι αὐτὸ δοκέουσιν οἱ παλαιοὶ ΑΙΘΕΡΑ. *Videtur autem mihi id quod nuncupamus* CALIDVM, *siue substantia Ignea, esse immortale, intelligere, omnia cernere, auscultare & scire omnia tam præsentia, quam futura, ac illud τὸ θερμὸν mihi videntur Prisci Philosophi* ÆTHERA *vocitasse.* Quam abditiorem doctrinam, quantum possumus coniicere, à coëtaneo suo Democrito acceperat olim diuinus Hippocrates; Quod quidem Coniectaneum colligere est ex Suidâ in voce Δημόκριτος,

* *Cui astipulatur peritissimus Laurentius in historiâ anatomica lib. 8. cap. 9.*

Quid ille Spiritus iuxta Hippocratem & eius coëtaneum Democritum.

vel ex Cleméte iuxtà Eusebiũ de præparatione Euangelicâ; * Docebat enim Democritus *paucos admodum Homines intueri Lucem* (putà quam Iupiter sibi vendicat, & cui insidet, Lux namque Ioui, vt loquitur Hippocrates,) *Quin manus ad eum tollant quem nos Graci* ÆTHERA *vocitamus; quippe hic est Iupiter qui, fatur omnia, nouit omnia, ipse idem dat aufertque omnia, rerumque omnium Rex dominatur*, ὑπ' αὐγὰς ὁ Δημόκριτος ἐστι τινας ὀλίγους γράφει τῶν αἰθερώπων οἳ δὴ ἀνατείναντες τὰς χεῖρας ἐν ταῦτα ὃ νῦν ἠ Αἰθέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες. πάντα Ζεὺς μυθεῖται καὶ πάντα οὗτος οἶδε καὶ διδοῖ καὶ ἀφαιρεῖται καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν παντῶν, Vt pote illud erat Sublime Candens, siue quem Prisci venerati sint Æthera, quo de, vt paullò antè citauimus, tritus is Ennij Orphici peræque ac Pythagorei versiculus.

* Lib. 13.

Aspice hoc Sublime Candens quem vocant omnes Iouem. Quibus sanè textibus, Γελασῖνε isti Priscorum fere omnium nedùm Abderitarum Sapientissimo Democrito, assentiri penitus Hippocratem nemini non constat. Namque ex eo ipso Æthere Animantes omnes vitam trahunt. Etenim vti docet Sextus Empiricus aduersus Mathematicos differendo de Deo φυσικῶς spectato, * εὔλογον καὶ ἐν τῷ αἰθέρι ζώων εἶναι φύσιν ὅθεν καὶ ἄνθρωποι νοερᾶς μετέχουσι δυνάμεως κἀκεῖθεν αὐτὴν σπάσαντες, *Consentaneum omnino est, in Æthere esse Naturam Animantum; vnde etiam sunt Homines intelligentis facultatis participes, vt qui illinc illam hauserint;* Quin etiam concedunt huc appositè ea quæ Maro quarto Georgicorum de Mente Diuinâ & Haustibus Ætheriis quàm doctissimè cecinit: Namque, præ-

* *Sexti Empirici lib. 8. commentariorum de Diis.*

miſſis potiſſimum his, quæ huc vſque inſinuaui ratiociniis, percunctanti cuique Philoſophorum patere debet, cur veteres vnà cum Poëta Heroico,

Eſſe Apibus partem DIVINÆ MENTIS, ET HAVSTVS ÆTHERIOS *dixere.* *Virg. 4. Georg.*

Et rectè quidem, iuxtà Theologicum Priſcorum Hominum Dogma, neque enim Apes Ætherios Hauſtus, ſiue Cœleſtem Ignem ſibi vſurpare valent, citrà Mentem Diuinam; Etenim Æther & Mens illa Diuina, iuxtà veteres illos, intimè copulantur & vniuntur inuicem; Hinc Poëta Romanus *Hauſtum Ætherium*, ſiue Cœleſtem Spiritum à Mente illa Diuinâ minimè diſpeſcit ac ſegregat. Quare etiam idem Maro, libro Æneidos decimo, cecinit

——— *Hauſit* CÆLVM *Mentemque recepit.*

Hoc eſt *Ætherem*, *ſeu Aerem*, inquit Seruius, (*Vt & Lucretius*, *In hoc Cælo qui dicitur* AER) *reſpirauit ille*, & ex Aere ſiue Spiritu inſpirato, Mentem recepit. Siquidem Mentem Aeri ſiue Ætheri inſidentem meditatus eſt Virgilius. Quòd ſanè congruit alteri iſti Sententiæ in Carminibus, quæ Orphica vulgò nuncupantur, expreſſæ, quàm aliquando obſeruauit Ariſtoteles libro primo de Animâ, * φησὶ γὰρ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ ὅλου εἰσιέναι; *ait enim Orpheus*, *Animum in Corpus reſpirantium Animalium ex vniuerſo*, nempe ÆTHERE ſiue Radiis Solaribus, per Aerem infuſis, *ingredi*. Aſt de his Animum aut Mentem ſpectantibus, alibi ex Inſtituto & per Satyram. Has igitur ob Cauſſas Virgilius Apibus coniun-

* Cap. 7.

ctim, ait esse Haustus Ætherios & partem Diuinæ Mentis: quos quidem Ætherios Haustus, vti sæpè-sæpiùs his in Dissertationibus repetij, vnà cùm Mente Diuinâ rerum omnium Naturalium satagente versantes, DEVM appellare non veretur. Cuius rei rationem modulatè differendo ita subdit.

——— ——— Deum namque ire per omneis
Terrasque, tractusque Maris, Cœlumque profundum,
Hinc Pecudes, Armenta, Viros, genus omne Ferarum;

Vide quæ ad hæc dicit Porphyrius lib. 4. de abstinentia iuxta Sapientes Ægyptiorum, vbi rationem reddit τὸ λυδεστατος Ægyptiacæ.

Hinc reapsè, sui compos Aristoteles, neque, sicuti solitat aduersus primores Philosophorum vllo liuore percitus, libro tertio de Generatione Animalium, circà finem Capitis decimi liberè fatetur, Apiculas nonnihil Diuinitatis mutuari; Docet enim Diuinas quasdam dotes Sagaciori Apum generi mirum in modum à Natura comparatas, ἔχει δὲ τὸ περιττὸν, καὶ τι θεῖον τὸ γένος τῶν μελιττῶν, *Namque genus Apum aliquid eximium nec-non Diuinitatis partic ps sibi asciscit & vendicat.* Siquidem Anima mundi seu Mens vniuersalis ac Diuina Ætherium Ignem iugiter induta, quæ quidem, vt iam animaduerti, à veteribus Gentium Sophis ipsissima Natura habebatur, in Igne Cœlesti silens & occulta, siue illud Hippocratis τὸ θερμὸν, & vno verbo, ipse Iupiter, Animantibus, Stirpibus & cuilibet viuentium generi (Hominem excipio spirituali, liberâ & immortali Animâ donatum) Naturam, genium, formam, fatum, imò, vti refert Seruius, & ipsos mores aspirat ac impartitur. Hinc consultissimè Poëta Heroicus,

Iuxtà veteres ab Spiritu seu Æthere instinctus Animantum.

——— ——— Rex Iupiter omnibus idem.

Cuium enim Animal? Aut Cuium τὸ φυτικὸν, ab eo Ioue communi rerum viuentium parente, Animæ ſuæ ſiue Aurai ſimplicis Ignem neutiquam haurit? Nimirum, hæc eſt illa VIRGVLA DIVINA, de quâ Cicero ad calcem primi de Officiis, quæ res ad tuendam vitam maximè neceſſarias indigitat, & cunctis Animantibus τὸ θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, ὀρεκτικὸν, γεννητικὸν, & vno verbo τὸ γνωστικὸν, ac κριτικὸν ſuppeditat; Imo, vti quàm doctiſſimè panxit olim Manilius, *Astronom. lib. 2.*

Ducit ab Æthereis terrena Animalia ſignis:
Quæ quanquam longo cogit ſummota receſſu,
Sentiri tamen, vt Vitas & Fata miniſtret
Gentibus, ac proprios per ſingula corpora Mores.

Omnis enim, inquit Ioſephus Scaliger, ſuis in hoſce verſus notis, à corpore Æthereo alteratio manat. *Ab inſito Spiritu Æthereo, vti cenſet Scaliger, mores cuilibet Animali inſpirantur.* Permanat autem in totam Terram, atque ea, quæ Terram & Ætherem interiecta ſunt, Elementa; Quæ infrà Lunam ſunt, ea & continentur & mutantur à Motu Corporis Ætherei; Continent autem & mutant Superiora Terram, Aquam, & omnia, quæ in eis ſunt, Animantes & Plantas; Quamuis enim inquit idem Scaliger ἡ φύσις αἰθερειώδης, καὶ ἀΐδιος φύσις à nobis remotiſſima (quæ eſt Iuppiter) tamen certiſſimùm eſt ab eâ ἐπὶ τὴν περίγειον, omnes mutationes dimanare; Quare ille idem Epicuri Sectator Virgilius, auitam iſtam edoctus Philoſophiam, paullò ſuprà hos Verſus haud inconſultè præpoſuit.

* 4. Georg. *Nunc age Naturas Apibus, quas Iuppiter ipse Addidit.*

Simili fermè rationis sequelâ, libro primò Georgicorum diuersarum Animantum solertiam seu prænotionem commemorans, vniuersalis & Diuini illius Spiritus cuncta molientis, vim & rerum contingentium scientiam vtcúmque delibat. Atque adeò suam vltro Mentem explicans, ita sancit

Virg. lib. 1. Georg. *Haud equidem credo, quia sit Diuinitus illis Ingenium, aut rerum Fato prudentia maior.*

Quid de Animantum prænotionibus sentiat Maro, explicatur. Scilicet arbitratur publius noster Virgilius cœlitus infusam singulis Viuentibus Animam, à communi & Æthereâ, quæ illis non solùm instinctum & indolé, sed & prænotionem atque τὸ προγνωστικὸν indit, Mente depromptam fuisse ac mutuatam; Propterea per illud, QVIA, Aduerbium caussandi, intelligit Poëta, QVIN, ac proinde, inquit, haudequidem credo *quin sit*, id est, κατάφαντικῶς, prætendo quod sit Diuinitus illis Animalibus, eò loci ab ipso Virgilio satis superq; laudatis, ingenium, aut rerum Fato maior Prudentia; Quæ quidem germana Poëtæ Romani interpretatio, quãtuluscumq; eidem isti sententiæ officere studeat Tullius ille Strenius libro de Fato, non Lib. 3. c. 41. sagacioribus modò ac nasutis, verùm etiam obtusioribus ac plumbeis, bellè cedere posse videtur. Attamen istud Virgilianæ animaduersionis haud leue momentum, pace Seruij veteris & probati Grammatici, nec-non sibi ipsi apprimè refragantis, hic loci dictum velim. Hæc autem & talis huiusce Metri Syntaxis exponi debet, vel mussantibus aut cornicu-

Corriguntur cum Seruio plerique Commentatores Virgiliani.

lantibus ipsis, Valente, Lacerdâ, nuperisque τοῖς Σχολιασταῖς Maronianis; alioqui nullus istic sensus foret, nullus versuum tenor, nullusque rationis contextus.

Hanc vero, quam vsquequáque sapuit Epicureus noster Virgilius doctrinam, quamque ex multis Veterum Scriptis conflatam ait Seruius, professus olim apud Italos fuerat Orphicus Pythagoras; Docebat enim, Hetruscæ Romanorum Theologicæ disciplinæ vltrò astipulatus, Deum esse ψύχωσιν, id est totius Mundi Animationem seu generalem Animum. Quare Marcus Tullius aiebat, *Pythagoram existimare Deum esse Animum per omnes Mundi partes commeantem, ex quo rerum viuentium Animi distraherentur.* Illa quippe Mundi Anima, siue Iuppiter, & Spiritus ille Mundum viuificans, inquit, Minorita in Cabalistarum dogmata, dicitur LINEA VIRIDIS, de quâ Picus Mirandula suis in Conclusionibus, *quià omnigenum influxum influit in creata omnia;* Scire-licet, sicuti Color Viridis est capax cuiuscumque alterius Coloris, ita Linea ista circumdans τὸ ὅλον *vniuersum;* potens est cuiusuis Figuræ, & Μυστικῶς formæ Cuius-vis: Quoniam vbique est Deus Mundum Animans, secundum arcana Cabalæ dogmata, qui aliàs dicitur MAGNVS ADAM, aliàs dicitur vniuersus & quocúmque pertinens TIPHERET, *qui cum* NOCTE *copulatus generationem omnem integrat & perficit*, siue Spiritus Æthereus Atomis seu materie immissus qui alit, & conseruat omnes Naturæ fœtus siue rerum omnium generationes; Quod quidem pandit occultum illud abditioris Cabalistarum do-

Soluuntur Variæ & Ænigmaticæ Cabalistarum Conclusiones.

Vide Picum Mirandulã, Conclusione 12, iuxtà Cabalistas.

ctrinæ Pronuntiatum. QVI MEDIA NOCTE CVM TIPHERET COPVLABITVR, PROSPERA ERIT EI OMNIS GENERATIO; Nox enim idem planè sonat apud Cabalistas, quam apud Orphicos: sonat enim Materiam; Et TIPHERET, apud eosdem Cabalistas idem planè est quàm Iupiter, siue Spiritus cuncta ciens & moderatus. Quod idem sibi vult Hippocrates hoc suo effato Physico LVX IOVI, id est Spiritus Æthereus, siue TIPHERET FORMAS CONCINNANS. TENEBRÆ AVTEM ORCO, id est Materia Atomica siue Nox, vel Cabalistarum BETH, ἐντελέχειαν peripateticam celans & in se se occulens. Vno verbo Spiritus ille, qui MITHRAS apud Persarum Magos, vti apud Hebræorum Magistros MITTATRON dicitur, in Circulum cuncta ciet & perfectissimo modo, nempè in gyrum, * res educendas agit, promouet, circumuertit. Heinc Seuerinus ille,

* Lege Dissertationem nostram de Naturæ Circulo.

Tu Triplicis mediam Naturæ cuncta mouentem
Connectens Animam, per consona membra resoluis,
Quæ cum secta duos Motum glomerauit in Orbes,
In semet reditura meat, Mentemque profundam
Circuit, & simili conuertit imagine Cælum.

Lib. 3. de consolatione Philosophiæ Metro 9.

Iuxtà veteres Sapienteis nulla Mors.
Scilicet præmuniis Spiritus Ætherei Epicureas Atomos agentis circùm ac quasi informantis iugiterque Animantis.

QVare Seneca Epicureus æque ac Stoicus de rerum Circulo sic indicit, *Nullius rei finis est, sed in*

in Orbem Nexa sunt omnia. Proindéque Hermes Spiritum illum à nobis hìc loci tantoperè laudatum, Immortalem Circulum vsurpat; Sic autem ille in arcanâ suâ Cantione, ὁ Κύκλος ὁ ἀθάνατος τοῦ θεοῦ προσδεξάσθω μου τὸν λόγον. *Immortalis Dei Circulus meas preces suscipiat.* Proindéque nulla Mors secundum Trismegistum; Etenim, inquit ille; οὐδὲν δὲ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἀπόλλυται, *Eorum autem quæ sunt in Mundo nihil deperit.* Et alibi; θάνατος δὴ, οὐκ ἀπώλεια τῶν συναχθέντων, διάλυσις δὲ τῆς ἑνώσεως ἐστιν. *Mors non est compositorum abrogatio sed coniunctionis dissolutio.* Dein rationem mutationum subiicit, & argutè admodùm, *mutationem sanè mortem esse dicunt: eo quod corpus quidem dissoluitur, vita verò dissoluti latens præterit, non autem perit.* Quod simillimum docet Hippocrates initio libri primi de Victus ratione. Quare Virgilius hanc assequutus doctrinam omnia iugiter viuere, nec vsquam mori his suis metris insinuare nobis velle videtur.

Cap. 8. Timandra.

Libro 4. Georgic.

His quidam signis atque hæc exempla sequuti,
Esse Apibus partem Diuinæ Mentis & Haustus
Æthereos dixere: Deum namque ire per omneis
Terrasque, Tractusque Maris, Cœlumque profundum;
Heinc Pecudes, Armenta, Viros, genus omne Ferarum,
Quemque sibi tenueis nascentem arcessere Vitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac rosoluta referri
Omnia, NEC MORTI ESSE LOCVM, SED VIVA *volare*
Sideris in numerum, & alto succedere Cœlo.

Germanam ne sciteris à me Cabalistarum Orphicorum-ve, imò Epicureorum vestrorum Scientiam, MI-GASSENDE, en ipsissimam, quam ab Chri-

stianâ nostrâ Sapientiâ alienam Commenti fuere veteres, hactenùs tibi subieci. Vt potè, qui planè nudam ac simplicem rerum Naturalium rationem, vel à se diffidente Lucretio ipsoque præter placitum nobis astipulante (Poëtam enim Epicureum intimè peruestigastum habes) gratabundo tibi proponerem. Quid autem sibi vult Lucretias, quum hos succinerit versus? num ambigas? animaduertito.

Lucretius de rerum Naturâ

Immutabile *enim* quiddam *superare necesse est*
Ne Res ad nihilum redigantur funditùs omnes.

Et alibi.

Mors penitus nulla; quia nec Spiritus nec Atomi pereunt. Anima ergò contra Epicureos non est Mortalis.

NEC SIC INTERIMIT MORS RES, *vt Materiai*
Corpora conficiat, sed cœtum dissipat ollis.

Spiritus enim Ætherius intrà Materiei caulas degens & quasi veternosus nusquam fracescit. Est enim illa Linea Viridis gyrans vniuersum, quam superiùs abundè explanauimus, quamque Porphyrius penés duodecimam conclusionem Ioannis Pici (si fidem ipsi fas sit adhibere) his Placitis illustrare nititur, *Deus vbique est, quia nullibi est; intellectus vbique est, quia nullibi est; Anima vbique est, quia nullibi est: sed Deus vbique & nullibi respectu omnium quæ post ipsum. Intellectus autem in Deo quidem est; Vbique autem & nullibi respectu eorum quæ post ipsum. Anima in Intellectu & Deo vbique autem & nullibi respectu Corporis.* Quippè sedatus tranquillusque cuncta versat, atque partium expers omnes Materiæ partes permeat; quin, verbo præcidam?

——— *Stabilisque manens dat cuncta moueri.*

Et-enim sicut rectè Iamblicus Propositione tertiâ

eiusdem Mirandulani Comitis in istum ipsum Philosophum, *Corporalis Natura est in Intellectu Immobiliter, in Animo ex se primò Mobiliter, in Animali Mobiliter ex se participatiuè, in Cœlo aliundè ordinatè Mobiliter infrà Lunam aliunde Mobiliter inordinatè.* Cuius ratiocinationis demonstrationem iuxtà veteres Sapienteis sic occipio; Cunctis Corporibus præstantiorem esse Animæ οὐσίαν Constat, Constat quoque Animis sublimiorem esse Mentem, sicuti denique ipsâ Mente Vnitatem ipsissimam, siue τὸ Immobile. Videlicet Corpus non à se; sed dumtaxat ab alio mouetur: neque aptum natum est se ipsum mouere: ab Anima autem Motum omnem mutuatur. Etenim citrà Animam iacet omne Corpus cuiusuis penitùs expers actionis. Cui verò adest, adest prorsum quî Motum impertiatur, adeò Corpus ab Animo pendet cuiusuis generis Motum nacturus. Vim ergò Corporibus indit Anima. Verùm Animi à se mouentur ἁπλῶς; Præstant igitur cunctis Corporibus quæ ab alio mouentur: pari fermè ratione ac τὸ Immobile longè antecellit Animis qui à se moueantur. Quare si Anima à se concita alia moueat, necesſùm maximè est ante ipsam existere τὸ ipsummet ἀκίνητον, vt ità loquar, Mouens. Quippè Mens cuncta mouet ἀκίνητος existens. Namque Animus ab Mente mutuatur τὸ νοεῖν siue *Intelligentiam* sicuti ab Animo Corpus τὸ κινεῖν *Motum.* Porrò si Animus, eo quo Animus Intelligentiæ Compos fiet, omnibus fermè Animis foret Intelligentia: pari ratione ac Motus, quod est absurdum pe-

nitus. Igitur certò-certius est haud primùm & ἁπλῶς *simpliciter*, Intelligentiam Animis inesse minimè debere. τὸ νοητικὸν *Intellectiuum*, ergò antecedit omnem Animum; vt & τὸ νοητικὸν *Intelligentiam* ipsà MONAΣ siue τὸ *vnum*. Namque Mens etsi Motus expers non est Μόνας siue *vnum*; se ipsam dumtaxat concipit & circà se ipsam solummodò versatur. Heinc iterùm Seuerinus.

L. b. de Consolati Philosophia.

In se-met reditura meat, Mentemque profundam
Circuit, & simili conuertit imagine Cœlum.

Verùm-enim-vero τὸ vnum sibi volunt & sumunt Entia omnia, quod quidem ἁπλῶς siue *absolutè* & necessariò cuilibet Enti competit; quod autem parile de Mente quâlibet statuendum minimè est. Neque enim quodlibet Ens Intelligentiæ particeps est ac Mentis Compos. Ea-propter Mens ἁπλῶς siue *absolutè* consectatur & affectat Monada siue *Vnum*.

Certissimè vti Ægyptiorum Sapienteis sanciebant, MONAS GENVIT MONADEM, ET SVVM IN SE ARDOREM REFLEXIT; Namque quidquid in se se reuertitur, ἀσώματον *incorporeum* planè est; Siquidem nullum Corpus, Atomus nulla potens est in ~~se se reflecti. Quod enim aliquò contendit~~, colligatur intimè, & quasi coadunatur illi ipsi, ad quod reflectitur; Proindeque quælibet Pars Corporis ad omnes ipsius Parteis collimaret; vt potè, vipropriâ, huius ipsius, quod in se conuertitur; HOC AVTEM EST IN SE REFLECTI AC CONVERTI, penés Philosophos Secretiores æque ac sublimiores, *quùm id quod per conuersionem reflectitur, & id ad quod per con-*

Omne Corporis expers est cõuersionis potens.

uersionem reflectitur, vnum fiunt; Quod nulli planè quadrat Corpori, totique in Parteis diuiduo maximè aduersatur. Alioquin quælibet Pars totius ipsummet Totum foret, quod est secundùm Naturam penitus ἀδυνάτον. Igitur Corpus quodlibet haud aptum natum est in se se conuerti, subindeque coadunari, adeò vt Totum ad Parteis, siue quælibet Pars ad Totum conuertatur; ac vice-versâ. Siquid ergò Conuersionis capax est Quantitatis est expers, impatiensque Diuisionis, & vt paucis præcidam, omnino ἀσώματον.

Hanc ob rationem, omne quod in se Conuersionis potens est, secretam ab omni planè Corporis massâ Naturam sortitur. Videlicet quod necessariò & ἁπλῶς comitatur Corpus haud aliquid ab Corpore seiunctum molitur. Actio enim sequitur Naturam Rei ἁπλῶς, quòd cuique patet, à quo elicitur. Actio namque Rebus, à quibus profecta est, minimè præstat. Si ergò aliquid ἁπλῶς siue *simpliciter* Rei cuilibet addicitur, secundùm Actionem palàm est, Re, cui addicitur, eguisse: adeò vt ab eâ quæuis Actio eliciatur. Quod ergò in se Conuersionis potens est, secretum τὸ ab Corpore existens, Actionem habet à Corpore penitus distinctam, neque per Corpus, neque vna cum Corpore editur. Scilicet Actio, & id ad quod pertinet Actio, non est Corporis indigens; Ab Corpore ergò prorsum dissitum est, id quod in se se Conuersionis est potens.

Demonstratur communis rerum circulus ab Ætheteo Spiritu elicitus.

Rursùm, quod est in se Conuersionis potens mouens sui ipsius existit; Si enim aliquid se ipsum

moueat, Motrix Actio eius in se est, atque vnum est simul & Mouens & res mota; Neque autem quid mouetur Parte & Parte mouet; vel Totum quidem mouet, Parte verò mouetur & vicissim; Namque si Pars alia esset mouens, Pars alia quæ moueretur, non foret ἁπλῶς *simpliciter* sui ipsius mouens. At si Totum moueat, Pars verò moueatur, & vice-versâ, profectò erit aliqua Pars penés vnum simul mouens & mota, & hoc primo & ἁπλῶς *sui ipsius mouens* est siue αὐτοκίνητον. Si demùm vnum & idem mouet & mouetur, mouendi Actionem ad se adducet, Motiuum sui ipsius stans. Ad quod vero Actionem dirigit, in id conuersum sanè est; Igitur constat omne se primò & ἁπλῶς mouens, antedictæ in se Conuersionis potens manere.

Spiritus Ætherius per se subsistere demonstratur.

Verum missis his omnibus rationibus, quibus tulit Animus vltrò probare, vel *essentialiter*, vel *vitaliter*, vel *cognoscenter*, minimè pendo Barbaras has voces, posse dumtaxat quid conuerti; Statuere iam-iam mihi incumbit, MI-GASSENDE, omne ad se ipsum Conuersionis potens per se subsistere. Etenim si quid potens sit ad se se conuerti penés Naturam, & absolutum ἁπλῶς siue *simpliciter* sit, præ suâ illa ad se Conuersione, τὸ εἶναι siue *esse*, à se ipso mutuabitur. Ad quod autem Conuersio penés Naturam concedit, ab hoc etiam ipso processus οὐσιώδης vnicuique existit. Si ergò consciscat sibi τὸ εἶναι, certissimè sui ipsius sotor ac tuitor erit. Est ergò per se subsistens quidquid potens est sui ad se Conuersionis.

Cæterùm eò quod τὶ ad se Conuersionis potens

per se subsistat; Certissimum est per se Subsistens fore omnis omninò Corruptionis expers. Si enim fatiscat quid & Corruptionis sit Capax, necessum sanè est amoliatur se, sitque à se ipso plane dissitum. Ast hoc *ἀδυνατον, impossibile* penitus. Omne vero vnum existens & Causa simul est & Causatum. Omne autem Corruptionis patiens digreditur quadamtenùs à suâ Caussâ, adeò vt corrumpi occipiat. Numquam autem à Caussa subducitur, id ipsum quod per se subsistit. Si quidem se ipsum abdicare impotens est. Caussâ namque τὸ ipsum, ipsi sibi est. Igitur Corruptionis minimè patiens est quidquid per se stat.

Hanc igitur & simillimam à me hactenus sat demonstratam Tertiam quamdam Naturam moueri iugitur & Circulo moueri male sui Consultus Epicureus vester Lucretius clarius demonstrauit.

Quin etiam repetunt à Cœlo *atque* Ignibus eius *Lib. 1. de rerum Naturâ.*
Et primùm faciunt Ignem se vertere in auras
Aeris, &c.
Ne cessare hæc inter se mutare meare
De Cœlo ad Terram, de Terrâ ad Sidera Mundi.

Quippè vt rectè Cicero Libro de Naturâ Deorum, *Libro 2.* *Sunt Stellæ Naturâ flammeæ, cocircà Terræ, Maris, Aquarum vaporibus,* (seu Spiritibus Æthereis in Cœlum remeantibus) *aluntur, quibus altæ, renouataque Stellæ, atque omnis Æther refundunt eòdem, & rursùm trahunt in idem, nihil vt fere intereat.* Heinc iugis Naturæ Conuersio à se in se, & communis rerum Circulus; Hinc opus vniuersum Spiritus Ætherei in

Iugis rerum Circulus penès Lucretium & cæteros Epicureos iterùm demonstratur.

Orbem actus. Nimirum quia Spiritus ille, vti supra tibi demonstraui, MI GASSENDE, à se in se ipsum extet maximè conuersiuus, seu Monas in se, necessariò & ἁπλῶς se reflectens, vt quæ per se vtique subsistat. Porrò hæc doctrina haud vulgatior pandit & reuelat tritum illud & prætextum satis Chemici Effati Mysterium; sicuti iactitant, in Smaragdinâ Hermetis Tabulâ olim insculptum, ASCENDIT A TERRA IN COELOS, ITERVMQVE DESCENDIT IN TERRAM. Quod planè illustrat, iuxta vestri Epicuri Scientiam, Tullius eodem de Naturâ Deorum libro, *Vicissitudine Mundi continuatâ Natura est. Nam ex Terrâ, Aquâ, ex Aquâ oritur Aer, ex Aere Æther. Deinde retrorsùm vicissim ex Æthere Aer, ex Aere Aqua, ex Aquâ Terra infima. Sic Naturis his ex quibus omnia constant, sursùm, deorsùm, vltrò citróque commeantibus, Mundi partium coniunctio continetur.* Hæc omnia confirmat & suffulcit Aristoteles, vti videre est ex octauo Physicorum Libro, Ἀνάγκη καὶ τὸ πᾶν μένειν συνεχὲς ὂν πρὸς τὴν ἀρχήν, *necesse est Vniuersum manere, quùm sit iunctum suo principio:* Nempe illi ipsissimo à quo ἀπαύστος καὶ ἀθάνατος κίνησις, *Indesinens & æternus rerum omnium Motus.* Siquidem in Circulum iugiter cientur omnia. Porrò Circulo moueri habetur, *id quod ab eodem in idem continuò proficiscitur.* Verùm ille rerum vicarius Motor Spiritus quàm maximè simplex esse debet; Videlicet quæ Circulo mouentur, penès Naturam, simplicia penitus extant. Esto namque quod penès Naturam Circulo cicatur A.B, dico post Stagiritam vnà cum Lycio Diadocho, quod

Ibid. vt supra.

Lib. 8. Phys. cap. 8.

quod Simplex apprimè ſit. Quoniam Motus in Circulum Simplex Motus eſt. Omnis autem Simplex Motus Simplicis Corporis eſt; Vti ſuprà habes à me demonſtratum; Corpus ergò A. B. Simplex & ἁπλόον extat; Heinc igitur, quæ Circulo cientur, Simplicia vtique ſunt; Verùm non eſt Corpus, ex Atomis compoſitũ, aſt Simplex & Æthereũ ab interno Spiritu in circuitionẽ actũ, vtex antedictis ὑποδυκτικῶς innotuit; ergò velit, nolit veſter Lucretius, TERTIA EST QVÆDAM NATVRA SECRETA AB INANI, & ab Atomis ſiue Materie ſeiuncta diſcrepanſque.

Quarta quædam Natura, quâ neque mobilius quicquam neque Simplicius, & quæ ſit Nominis prorſùm expers, ab Lucretio conceditur.

IMò vero Quartam aliam Tertio ſuo de rerum Naturâ Libro, Naturam, quæ ſit Nominis expers, imaginatur veſter Lucretius.

QVARTA *quoque his igitur quædam* NATVRA *neceſſe eſt*
Attribuatur, EA EST *omninò* NOMINIS EXPERS:
QVA NEQVE MOBILIVS QVICQVAM, NEQVE TENVIVS EXTAT:
Inde Calor Motus & Venti cæca poteſtas
Accipit; INDE AER, *inde* OMNIA MOBILITANTVR.

Siquidem haud diffitetur ille à quadam vi cæcâ & inuiſâ, Nominis experte, quam tamen alibi ſui Inſtituti immemor, vti & Epicureus Virgilius, quàm appoſitè vocitat IOVEM ſiue Patrem Æthera, quod ſuperiùs adnotaui, omnem Motum fieri, omnemque Naturæ actionem, vel occultiorem, elici omnimodè *Lib. 1. quæſt. Tuſcul.*

atq; produci. Hanc vim cæcam & innominatam Cicero vocat obscuriori nomine ἐντελέχειαν, sic enim effatur, *quintũ genus adhibet*, de Aristotele loquitur, *vacans Nomine*, & sic ipsum Animum *ἐντελέχειαν appellat nouo Nomine, quasi quãdam continuatam motionem, & perennem;* Vt potè vis illa occulta, quàm vltrò admittit cum Epicureis vestris Lucretius, quantùm colligere vacat ex superioribus nostris demonstrationibus, per se subsistit, in Circulum mouet & mouetur, corruptionis expers est, cuncta regit & stato ordine ad Canones & leges primæ rerum ideæ moderatur & ad debita munia destinat. Heinc ratio *Summæ* illius & *vniuersæ*, contrà vestros Epicureos ac Lucretistas *Prouidentiæ;* Heinc item constans & apprimè ponderandum *Immortalium* Animorum argumentum. Quippè si Immortalis quædam Natura concedatur ab Epicureis: Eccur Humanus Animus Nobilioris planè conditionis & Naturæ, si easdem omninò, quin etiam Illustriores præstet Actiones, non sit, nedum probare, vix ac ne vix quidem sustinere queunt vestri illi Lucretiani. Heinc demùm vltrò & nimiùm sibi sumens Pythagoras Mundum omnem Animatum & Mentis compotem statuebat: quare apud Laertium, Κόσμος ἔμψυχος, νοερός, *Mundus est Animatus & Mentis particeps.* Aiebat enim τὸν αἰθέρα τὸν ψυχρὸν(?) ἀεικίνητόν τε εἶναι, καὶ καθαρὸν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἀθάνατα καὶ διὰ τοῦτο ἀθάνατα. *Summum Æthera semper Mobilem, purum, & quæ in eo sunt omnia Immortalia esse, ac proinde Diuina.* Profectò hanc eamdem Ætheris Naturam cuncta permeantem & dirigentem, sic delibat apud eumdem Laertium Epicurus, (adeò veritas ipsa ex ipso identidẽ mendacio se ipsam

Dei Prouidentia & Animi Immortalitas aduersus Epicurum Lucretiumque.

parit) τὰ γίνεται περὶ κρίσεις καὶ δινήσεις λεπτομερῶν τινῶν φύσεων, ἤτοι πνευματικῶν, ἢ πυροειδῶν, ἢ τὸ συμφότερον; *Quæ promiscuè fiunt in vniuerso per Discretiones & Vortices quarumdam Naturarum, ex tenuioribus partibus coalitarum,* (ità sibi vult τὰ ἀσώματα, *res corporis expertes*) *siue Spiritus, siue Ignis speciem referentium, siue vtrumque simul sibi corrogantium.*

Liquet igitur Vacui vices) quamuis perperàm iuxtà Vestrum Titum) Æthereum Spiritum planiùs obire. Ac proinde post Zenonem rectè Stoici, ἐντὸς τοῦ Κόσμου οὐδὲν εἶναι Κένον, *intrà Mundi Materiem, nihil esse vacuum.* Sanè quamquàm πολυκένος τόπος *locus vacui plenus* ab Epicuro vocitetur Mundus, ipsum tamen Ætheris siue patris Iouis cuncta subientis, mouentis & informantis plenum censuere omnes fermè cùm Lucretio Epicurei. Quomodo autem præ fortuito Atomorum occasu tanta illa τάξις περιόδου, *Ordo Circuitionis*, quem agnouit Epicurus? Neque ἡ θεία φύσις πρὸς ταῦτα μηδαμῇ προσαγέσθω, *Diuina Natura ad hæc vsquam adducatur & incumbat.* Eapropter rectè & quàm consultissimè pronuntiat οὐκ ἔστι νοῆσαι τὸ ἀσώματον πλὴν τοῦ Κενοῦ, *nihil potest concipi corporis expers præter inanitatem.* Sic autem nominat vim illam cæcam ἁπλῶς & inuisam à quâ Motus omnis, omnis ἐνεργεία, ἐντελέχεια omnis ac omnis proprietas & Naturæ operatio. Leuiter igitur & veluti ludens noster Maro in Eclogis ad Mentem Epicuream, vel potius Lucretianam, Silenum canentem prodit. *Eclogâ VI. Virg.*

Namque canebat vti, magnum per Inane *cuncta*
Semina, Terrarumque, Animæque Marisque fuissent,

Et liquidi simul Ignis, vt his exordia primis,
Omnia, & ipse tener Mundi concreuerit orbis;
Tum durare Solum, & discludere Nerea ponto
Cœperit, & rerum paulatim sumere formas.

Verùm expressiùs enucleatiusque vester Epicurus, his ad Herodotum verbis, suam aperit Mentem, ὅτι ἡ ψυχὴ σῶμα λεπτομερὲς, παρ' ὅλον τὸ ἄθροισμα παρεσπαρμένον, *Animus est ex tenuioribus particulis conflatus per totam rerum concretionem dispersus.* Quod adamussim quadrat Virgilianæ, quæ tota Platonis est, sententiæ,

Spiritus intus alit totamque infusa per artus
Mens agitat molem, &c.

*Apprimè autem hæc cedunt vestri Epicurei. Namque si vniuersum non foret continuum, ast contiguum, sicuti cum Leucippo asseuerare videntur Democritus & Epicurus, vnum & parile omnium rerum τὸ Mouens & Motum necessariò fore oporteret, quod est absonum. Certùm enim est & euidens quòd Atomus A. si quæ moueatur per suppotitiam Lucretij Inanitatem, dummodò sit contigua Atomo B. mouebit Atomum B. & aliam item illi contiguam C. & sic in Infinitum. Siquidem Infinitas Atomorum ~~adæquat, vt superiùs monui,~~ Infinitionem Inanitatis ab Epicuro suppositæ ac confictæ. Ideóque nequit moueri Atomorum vna, quin & moueatur altera & ità deinceps. Quin imò si qua foret Epicureis Atomis insita vis motrix ex vario Motus, quo ferretur quæuis Atomus, discrimine altera alteri reluctaretur, aliamque atque aliam planè sisteret. Necessum ergò est Quarta quædam iuxtà

De rebus solùm Corporeis & Materiei participibus, Hic loquor.

Lucretium detur Natura, quæ omnia decreto & congruo vniuersæ Rationis ordine mobilitet, mobilitando regat, & regendo tueatur. Huius autem Naturæ viuata potestas cuncta subiens, ab Manilio dicitur *Spiritus*, Ætherius quippe,

———— Quum Spiritus vnus *Libro 1.*

Per cunctas volitet Parteis atque irrigat Orbem.

Omnia peruolitans, Corpusque Animale figuret.

Quare omnis Naturæ productio ab eo ipso Spiritu Solari & Æthereo proficiscitur; Proindeque Geber ille Arabs, IN SOLE ET SALE *omnia* esse ritè pronuntiauit. Scilicet in *Sole* à quo fluit magnus Mare (loquor os Lucretianum) Spirituum Ætheriorum: & in *Sale*, in quem insertus latet Spiritus Ætherius. Ideoque citrà Salem sterilis quælibet terra, hinc Fimi varij generis Salibus referti, qui fœcundent terras, aptissime sparguntur. Imo vero absque Sale, semen plane nullum, siue in Animantibus, siue in Stirpibus & Metallis. *Mira vis Salis.* Hanc ob Caussam Venus, siue vis rerum genitiua pulchrè ex salsâ Maris spumâ ab Priscis Poëtis fingebatur: Inde Ἀφροδίτη ἀπὸ τοῦ Ἀφρο͂ *à spumâ* Maris vtique Salitâ, veluti differendo de Animantum semine, obseruat Aristoteles. Heinc Ratio Figurarum variarũ in quolibet Salium genere. Alia autem Figura Aluminis, alia Sacchari, alia Nitri, alia Gemmæ, &c. Imò alia Salia Humani Corporis, alia Canini, alia Equini, &c. alia Lauri, alia Quercus, alia Rosæ, alia Stirpis, &c. Porrò, quod obseruatu dignum duco, quò plus Salis contineant Animantes eò magis Animæ sibi adsciscunt, de Humanâ non est Sermo; eò & ingenij so-

Quid Sal Animantibus prosit? lertiæque magis sunt participes. Plus enim Salis alterius seorsim Figuræ acutioribus Angulis præditæ sibi vendicat Simiæ quàm Canes,&c.Plus Aues hæ,quàm illæ,&c. Quod sedulò rimati sumus Regulis Chemicis. Quapropter qui pollent ingenio plus SALIS habere dicuntur;& Mulieres in rem Veneream procliues SALACES vocitantur. Huc cedit & quàm apprimè illud vestri Lucretij, vbi Politulam, Lepidulam quamdam Puellulam Luxuriantem planè, ac lenocinatam proponens sic infit,

Lucretius lib. 4. de rerum Naturâ.

Paruola Pumilio, χαρίτων ἴα, * *tota* MERVM SAL.

* *Gratiarum vna.*

Imò Sal (fruor voce Chemicâ) est quasi Matrix ipsa Ætherei Spiritus; Hinc variis, iuxtà varias inditi Spiritus Ætherei τύπωσις ac idæas, Figuris signatur Sal. Hinc etiam Nix vel Grando, vel ipsa Glacies pro variis, quibus tunc temporis quo fit, scatens est Aer, Salium differentiis, varias sortitur Figurarum species; Nix aliàs cadit Rotunda, aliàs Oblonga, aliàs Cubica, aliàs Triquetra, &c. ita de Grandine statuendum est. Quin etiam sæpissimè expertus sum eamdem & simillimam aquæ in Glaciem exporrectam (non enim præ Glacie coalescit & magis coarctatur Aqua) moleculam, penès cæcas dispersorum per Aerem Frigidorum Salium Figuras, maius aut minus διάστημα siue *spatium* occupare. Fallitur autem vulgus Philosophorum circà Glaciei Naturam, non enim franguntur vasa odio Vacui post Aquæ concretionem; (vti vulgus Phisophorum obgannit.) Quippe franguntur dumtaxat propter Aquæ in Glaciem protensæ molem ampliorem. Ab hoc demùm communi rerum Sale fixæ

Quare Nix vel grando diuersas sortitur alio atque alio tempore figurarum species.

ſunt ac ſtatæ Animantum & Stirpium Figuræ: Deliteſcit enim intra Salis caululas interior rerum Geometra ſiue Spiritus Solaris & Ætherius, qui tacitâ ſuâ ἐνπλέχεια toto vitæ decurſu Animal vel Plantam perficit, regit & tuetur. Rectè igitur Arabs ille *in Sole & Sale conſtant omnia.*

Omnes Figuræ oſſium Cartilaginum in Animantibus vti ramorũ fibrarum foliorum & radicum in ſtirpibus ab ipsâ Salis inditâ figurâ ſignãtur & quaſi inuruntur. Ab ſpiritu autẽ interno & Ætherio omnem figuram accipit ſal omnis. Spiritus is eſt interior Geometra.

Profectò hanc ipſam Naturam, quam *Diuinam* vocauere vetuſtiſſimi Philoſophi, vnà cum Epicureis, Stoicis, Peripateticis, Academicis, Pythagoreis & Orphicis agnouere Brachmanes Sapienteis: Sic autem Strabo, τοὺς βραχμᾶνας περὶ πολλῶν τοῖς Ἕλλησιν ὁμοδοξεῖν. πρὸς τοῖς τέτταρσι στοιχείοις, πέμπτη τίς ἐστι φύσις, ἐξ ἧς ὁ οὐρανὸς καὶ ἄστρα. *De multis idem ſentire Brachmanes vnà cùm Græcis, ſcilicet præter quatuor Elementa,* QVINTAM QVANDAM ESSE NATVRAM, nempe Æthera, *ex quâ Cælum & Aſtra conſtent;* Verùm adnotandum interim eſt, duplicem in Salia interſeri Æthereum Spiritum. Alia enim ſubit Frigidus Æther, alia vero Calidus: eſt autem duplex Æther, vt ex antè-probatis monitum te volui. Quippe Frigidus vnus & alter Calidus, proindeque Iupiter ab Poëtis Calidus promiſcuè, vel Frigidus dictitatus. Frigidi huius Ætherij Spiritus ſiue Frigoris Natura patet ex Nitroſo Sale. Siquidem præ inſerto in confertas & compactas Nitri particulas Frigido illo Æthere, quùm Nitrum aquæ commiſcetur, eam maximè & quouis tempore, vel mediâ æſtate, congelat. Hic autem Frigidus Æther, vti & Calidus ab Latinis, VRERE dicebatur. Proindeque Virgilius.

Strabo lib. 15.

Exporrigitur Aqua in Glaciem concreta, non autem coarctatur. Quæ ſit vis Frigida Nitri? Vide ampliora in Initiis noſtris Orphaicis.

—— —— *Penetrabile* FRIGVS ADVRIT.

Et iuxtà illud quoq; vt ex eodem Marone colligimus.

VRVNT *Letheo perfusa Papauera Somno.*

Hunc vtrumque Ætherem siue * τὸ θεῖον in Morbis maxime inuestigandum iuxtà Hippocratem,& dein iuxtà Paracelsum, rimatus apprimè fuerat Pythagoras. Proptereáque huius vtriusque Spiritus cuncta subeuntis vi & interuentu cuncta subsistere scitè docuit & affirmauit. Colligat enim & quasi conciliat Spiritus is omneis totius Naturæ Parteis. Ab ipso autem vniuersus Mundi ordo & Concentus. Quare, ait Samius hic ille καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα *Per Concentum constare vniuersa.*

Laertius in vitâ Pythagoras.

Hanc denique Naturam omne prorsus VACVVM abdicantem, Kunrathus ille vesanus admodùm, & ab Chemicis ferè omnibus, nescio quo pacto, longè spectatissimus, * SAPIENTIAM Μετωνυμικῶς nuncupat, nimiúmq; sibi fingens, incongrua benè multa ei temerè assignat & indicit. Huius istius autem Hebetem & fatuam Mentem vltrò assequutus Fluddus, non solùm in sua Philosophiâ Mosaica, sed vegrandibus suis in Libris Physicis explanata istiusce putidæ opinionis figmenta, tanquam vera & arcana Naturæ placita, vanus & multùm apud se audiens propalauerat; Verùm, MI-GASSENDE, quòd rei Litterariæ bene cessit, tot procusa Fluddi istius volumina, vno dumtaxàt ad Mersennum communem olim nostrum scripto abs te libello, habemus sagaciter examinata, penitius excussa, ac fermè diluta. Sophista namque ille Philosophum agere contendebat, qui Paralogismos pro Demonstrationibus perfrictâ fronte deblatterâret.

* *Author Amphitheatri Diuinæ Prouidentiæ.*

Porrò

Porrò citrà hunc vtrumque Spiritum Ætherium, intermistâ rebus omnibus Inanitate, nullum plane esset vehiculum, quo transmitteretur influxus attrahentium corporum & abigentium. Ecquonam etiam modo potest concipi illa Συμφιλία, quam docet vester Epicurus? quo medio, quo fulcro, traduceretur & pertineret in quamlibet Atomum communis illa concessæ illius Συμφιλίας vis & ἐνέργεια siue *efficacia?* Nullus enim foret contactus, cuius tanta in re Physicâ vrget necessitas. Vbiuis enim loci inter-iaceret commentitia Epicuri, siue potius Sophistæ Lucretij Inanitio. Etenim, si suppressâ illâ, quam tibi demonstraui, Naturâ Ætherea, Mundus, veluti ad Pythoclem scripsit Epicurus, sit πολύκενος τόπος *locus vacui plenus*; Nulla foret Naturæ cognatio, nullus sanè consensus; Ατόμων Συμφιλία nulla; nulla partium Mundanarum Συμπάθεια. Videlicet, concipiantur, doces, MI-GASSENDE, spatiola, quasi granulis, Aeris corpusculis intercepta corporisque Inania DISSEMINATVM vocitas Vacuum; Vel secùs, medio in Aere constitutum vas quippiam, sic vacuetur Aere, adeò vt circúmstans Aer ab ingressu confluxuque in ipsum arceatur, tum habebitur magnum & plurimis illis spatiolis æquiualens Vacuum COACERVATVM appellitas *Inane.* Porrò de illo dumtaxat Disseminato Vacuo agitur iàm, non autem de isthoc Coaceruato. Certissimè vt sui diffusiua est priua quæuis Natura, sic & vniuersa; Quin etiam alieni quàm maximè est appetens: idcóque ab Vacuo tantópere abhorret; Quòd

Vacui siue Inanitionis Epicureæ diuisio.

præcipuè fit studio & nisu Ætherij illius Spiritus rerum Ductoris ac Moderatoris.

Si, iuxtà Lucretium, per vniuersam Materiem insertetur Inanitio, nullaque alia præter Atomos & Primum rerum Subiectum interiecta foret οὐσία substantia, *quæ Spiritus Æthereus siet, nullus penitus in rerum Naturâ foret Contactus, subindeque Actio penitùs nulla.*

COncludamus ergo. Citrà medium quoddam fulcrum Natura suas omninò vires transfundere nequiret: neque aliarum communione & reciprocis vicibus frui valeret. Verùm si Disseminatum foret Vacuum, sicuti Epicurei vestri sibi finxere, haud aliquid vsquàm per illud Vacuum transfundi posset. Vacuum enim nihil est, quare, constat omnia in Mundo contigua, sin mauis continua; Ducitur quippe Natura quæuis amore communicandi se se, tum etiam desiderio alienæ virtutis; Abundans enim & Indigens priua quælibet Natura: Proindeque sui maximè Diffusiua & alieni vtique appetens. Heinc apud Platonem, post Orphicos, coniunctio illa Πόρου καὶ Πενίας *Abundantiæ & Egestatis* rebus omnibus præsens ac tantópere opitulata. Vno verbo, non secus ac Vnio iuxtà vulgares Philosophos, Conditio est Materiæ & Formæ, atque Apprehensio Finis & Exemplaris: haud aliter, iuxtà genuinos Naturæ Contemplatores, Contactus est Conditio Caussæ Efficientis.

Quid apud Platonem Porus Deus & Dea Penia?

Profectò, stante Dissiminatâ illâ Inanitione, nul-

la foret αὐτιπάθεια, συμπάθεια nulla, nullaque ab Epicureis ipſis vltrò conceſſa Συμφιλία. Ecquonam autem modo traduceretur per medium nihil? Quid moror? præter peculiares & priuatas Vires Motrices; VIS QVÆDAM MOTRIX COMMVNIS EST RERVM OMNIVM, QVÆ POTENS EST EAS MOVERE QVOQVEVERSVM ET CITRA VLLAM LOCI DIFFERENTIAM, NE VACVVM VLLVM ADMITTATVR. Eam obrem, inſtante vtcúnque Vacuo, Aqua, ſursùm, deorsùm, antrorsùm, dextrorsùm, ſiniſtrorsùm contendit. Tantùm valet contactus neceſſitas præ Continuatâ Spiritus Ætherei per vniuerſum diffuſi & cuncta moderantis Conſpiratione nec-non Conſenſione. Non ſecus ac Partes omnes Corporis Communione Naturæ pendent, ita Parteis totius Mundi cognatione communis Spiritus Ætherei colligantur. Potiſſimumque cum Partes alicuius rei κατὰ τύπασιν Spiritus Coadunatur. Porrò Naturæ molimen impediendæ Vacuitatis, Solâ Ratione τῆς Συμφιλίας Ætherei Spiritus ſuas obire vices potis eſt. Heinc vinum è dolio non diffluit. Sic in Machinis Hydrolicis & Pneumaticis Aqua non aſcenderet, & Aer incluſus minime reſonaret. Heinc L. *in Rem Actio.* §. *Item quacumque. de Rei vind.* Vbi Paulus excipit, cui alienum Statuæ Brachium per Ferruminationem iungitur, non per Adplumbaturam. Quoniam Ferruminatio fit per eamdem Materiam. dictâ leg. *In Rem Actio.* §. *Item quacumque.* Ibi, quia Ferruminatio. *de Rei vindict.* Vt ſi per Ferri Materiam Ferreæ Statuæ iungatur Fer-

Aqua & lapis & Aer præter ſolitum niſum minimè mouentur odio Vacui vt cenſet vulgus Philoſophorum, ſed conſenſione Spiritus Ætherei.

Mens Pauli Iureconſulti circa L. in Re Actio. ff. de Rei vind. explicatur.

reum Brachium. Hoc propriè Ferruminatio est. Plumbatura autem, fit Plumbo vel Stanno adhibito diuersæ Materiæ, vt si Lapis Lapidi, vel Æs Æri, vel Plumbum Plumbo iungatur, Plumbatura est non Ferruminatio; Quippè κατὰ τύπωσιν & propter Spiritus in eandem Materiem siue substantiam inserti ὁμοιότητα. Etenim si Statuæ meæ Brachium vel Pedem iunxi per Ferruminationem „Ego Dominus sum totius Statuæ, & Brachium non amplius est eius, cuius fuit. Quià STATVA VNO EODEMQVE SPIRITV CONTINETVR, sancit ICtus; vt potè κατὰ τύπωσιν priuam Spiritus Æthe- rei, propter Materiei ὁμοιότητα, totam Statuam, nec Μεταφορικῶς, iuxtà veteres Iureconsultos, quantùm possumus sumere ex eâ quæ tunc florebat Marci Antonini * Imperatoris Doctrinâ, informantis. L. *in Rem Actio*. §. *quod non idem. de Rei vind.l.rerum*.§.1.*de vsurpat. & vsucap.* Spiritum ICtus, Stoicorum more, vocat vim ipsam Materiæ, quæ Rem ità deuincit, vt vnam efficiat; Scilicet vno Spiritu per eam diffuso. Quin imò, si abruptum fuerit Brachium, ad priorem Dominum non pertinet: Sed prior Dominus *Actione* in factum *Subsidiariâ* de pretio dumtaxat Brachij agere potest. dictâ L. *in Rem Actio*. Porrò quâ vi & quali polleat Spiritus Æthereus & inconspicabilis, ex puluere Pyrio commodùm est dignoscere? Patet enim, quæ sit illa vis Ætheri, quùm se se insertat in compactam nitri Materiem eamque explicat κατὰ τύπωσιν καὶ ὁμοιότητα sui similis Ignis; Patet etiam ex AVRO

Vestiget Lector quæ Scripsimus in Romanas Leges Criticem.

* *Marcus Antonin. Imperator lib. de se ipso promiscuè.*

ILLO ab Chemicis FVLMINANTE vocitato. Patet denique vis dumtaxat Ætherei Spiritus Motum Atomorum omnem dirigere. Qualiter enim in Æolipilâ Aquæ plenâ Igni expoſitâ, quælibet particula Aquæ, ab particulis Igneis ſuffulta ſenſim abigitur, & ad vltimam vſque exturbatur; taliter in aſpectabili Mundo pars quæuis Materiei ab Æthereis Spiritibus ſuſtentatur, mouetur quoquouersùm & Animatur.

Perperàm ergò ab Epicuro ſibi aduerſante pronuntiatur, Κόσμος ἔχει ἀποτομὴν ἀπὸ τοῦ Ἀπείρου, *Mundus habet ſeparationem ſecretionemque ab Infinito*, nempe Vacuo. Quod adeò abſurdum cuique videri debet, vt ſi per Infinitum Vacuum cieatur Atomus quælibet, habeat neceſſum eſt Infinitam vim ſe ſe mouendi per Infinitam illam Infinitionem; Menſura enim Motus non repetitur modò ab vi Motrice, ſed etiam ab diſtantiâ ſimul Terminorum; Termini autem in Infinito nulli ſunt. Heinc abſurditates Infinitæ Infinitionem illam Inanem fictitij Inanis ſequerentur. Profectò, citrà vim illam Ætheream Spiritui per vniuerſum diffuſo inſidentem & omne, vt hactenus demonſtraui, Vacuum abigentem, generatio omnis planè impoſſibilis per Naturam; Porrò confuſa omnia Elementa ſiue Atomi omnes inordinatæ promiſcuè iacerent, neque ſtata ſua, vti conſpicamur, loca repeterent; Tolleretur omnis ordo Naturæ. Scilicet dato vno abſurdo abſurda cætera inferuntur. Igitur Democrito nihil penitus generatur. Fit enim Atomorum

Penes Democritum nulla Generatio.

ſolummodo συ̕γκρίσις COMPLEXIO. Quaſi vero Atomus quæuis ope dumtaxat Vacui, non autem Intelligentis Spiritus, vt Typographus ex Abaco Caractêres appoſitos ſeligit, ordinat & componit, ità ſibi congrua rerum primordia & ad generationem Equi, Leonis, &c. vel Laurus, Ceraſi, &c. apta temerario quodam caſu, diſcerneret, adponeret, & debitis Numeris perficeret. Neque caſu fortuito conſiſtit Mundus, quod vel rudiori patet; Namque vnde perennitas Ordinis mundani? Vnde Commnnis Partium omnium Cognatio? Vnde tot Generum & Specierum Idæa? Quæ veſania! Quæ fatuitas! Igitur fatendum eſt aliquod Ens per ſe ſubſiſtere, quod ſit omnium Menſura, nempe τὸ VNVM PER SE, nempe vt effabatur diuinus Moſes QVI EST. Commetitur enim & definit Res omnes & Numeros omnes ipſum τὸ Vnum-per-ſe. Quod quidem vel ipſis Matheſεως Regulis planè demonſtratur. Quare valeat τὸ Μακάρειον καὶ τὸ Α῎φθαρτον, quale imaginati ſunt cum Epicuro Lucretiſtæ. Peſſimè ergò & præter rationem duplici loco canit veſter Titus Carus,

Contrà Epicurum Lucretiumque nullus ordo citrà Deum prouidentem.

Lucretius lib 1. & 2.

Omnis enim per ſe Diuum Natura neceſſe eſt
Immortali æuo ſummâ cum pace fruatur,
Semota à noſtris rebus, ſeiunctaque longè
Nam priuata dolore omni, priuata periclis,
Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur irâ.

Conſtat ergò Spiritum, vt Diuinæ Artis Organum, omnia Complentem, vacuum penitus abdicantem, per Vniuerſum Concedentem; Atomos omnes ſiue

Materiem ſtatis & ordinatis vicibus motantem & Intelligentiæ participem omnes Mundi Parteis, quantúmuis minimas maximas-ve moderari. Sciant ergò obtupeſcente Lucretio.

Quis regere immenſi Summam? quis habere Profundi Lucretio lib. 2.
Endo manu validas potis eſt moderanter habenas?
Quis pariter Cœlos omneis conuertere? & omneis
Ignibus Æthereis *terras ſuffire feraceis?*
Omnibus inque locis eſſe omni tempore preſto?

Verùm de Cœlorum Rotatione; de Prouidentiâ; de Motu rerum Naturalium; de neceſſitate τοῦ Αὐτομάτου; *& tandem de Vacuo, tibi, MI-GASSENDE, & mihi pro Virili hactenus ſat ſiet. Aſt quoniam reſidua, vt quæ ſit vltimà, circa Atomos noſtræ Diſſertationis patitio ſupereſſe videatur, perficiundis oppido Cœptis ſedulam vtique operam nauemus.

* Incorporei.

DE ATOMIS EPICVREIS.

EPicureorum veſtrorum intereſt quàm maximè, MI-GASSENDE, exploratum ac perſpectum habere, à quibus olim ſcaturiginibus, quantum maximum per Infinitam Inanitionem tot Atomorum hùc vel illùc palantium MARE, Lucretianâ voce vtor, ille ipſe Epicurus hauſerit, putà cuius

——— ——— *Viuida vis Animi peruicit, & extrà* Lucretius lib 1. de rerum Naturâ.
Proceſſit longè flammantia mœnia Mundi.
Atque omne Immenſum peragrauit Mente animoque,
Vnde refert nobis VICTOR, *quid poſſit oriri,*

vniuerſæ Naturæ Materies nuncupatur ARENA, itaque in Sacro ſuo Sermone Mercurius ἐπάγη ὑπ' Ἄμμῳ ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας στοιχεῖα, *concreta ſunt ſub* ARENA *ex humidâ eſſentiâ Elementa.* Nempè ex humidâ Subſtantiâ propter fluorem Atomorum, ſiue Indiuiduorum Corpuſculorum. Denique multis retrò ſæculis & ante hos omnes diuinus Moſes ſuo Bereſith libro, per AQVAS, ſecundùm Mentem Pici Mirandulæ in Heptaplum,* intelligit fluxas Diſpoſitiones *Cap. 2.
Materiæ, propter perennem ſui fluxum Μεταφορικῶς, τοῦ AQVÆ ABYSSVS nomine inſignitæ. Eâ do Cauſsâ Rex Sapiens, * ſic eloquitur *omnipotens Manus tuâ, quæ creauit Orbem Terrarum* EX MATERIA INVISA. *Sapientiæ Cap. xi.
ſiue ex Atomis ab Deo ἁπλῶς creatis. Quippe commentatur Mirandulæ Comes in eumdem Heptaplum, *Vidimus ſuper* AQVAS *id eſt* FLVXAS DISPOSITIONES MATERIÆ, *quaſi terræ præſenteis, ferri Spiritum Domini, id eſt* ORGANVM DIVINÆ ARTIS, *quomodo Spiritus noſter vitalis Organum Animi eſt, & ſtatim tractante Spiritu* AQVAS ILLAS *& peruadente ſubiectum iuſſu Dei Artificis exorta eſt Lux, id eſt Formæ decus & ſplendor.* De illo autem Spiritu Domini, ſiue Organo diuinæ Artis ſuperiùs ſat abundè.

Proptereà, MI GASSENDE, tantæ & tam putidæ falſitatis conuictos cùm Lucretio Epicureos nonne pudet? Iſne, inquam, ipſe veſter Epicurus PRIMVS *Naturæ clauſtra peruicit* ac reſerauit? Quin & impræſentiarùm ab Strabone Hiſtoriarum & Geographiæ collectore & abbreuiatore meritiſſimo vltrò nobis occurritur. Iſthic enim Author

Longè antè Epicurum scientia de Atomis clarueral.

probatissimus hanc de Atomis Philosophiam ab Phœnicibus planè ortam comminiscitur: Imò narrat ille, εἰ δὲ δεῖ Ποσειδωνίῳ πιστεῦσαι, καὶ τὸ περὶ τῶν Ἀτόμων δόγμα, παλαιόν ἐστιν ἀνδρὸς Σιδωνίου Μόχου πρὸ τῶν Τρωικῶν χρόνων γεγονότος, *Si Posidonio fidem adhibuerimus, vetus de Atomis doctrina Moschi viri Sidonij est; is scilicet qui paullò antè Troiani belli tempus vexerit.* Ex his autem patet an Leuiusculus iaceat Poëta; An verò grauis incedat Philosophus vester ille Lucretius.

Certissimè cana planè est, eaque ab primis Philosophis inuenta fluxæ Materiæ, ac discreti in minimas Parteis primi Naturæ Subiecti siue Atomorum Scientia; Verum, quod obseruatu dignum duco, citrà Infinitum & Inane, sicuti docuere Ægyptiorum Sapienteis, Phœnicum Magistri, Hebræorum Patriarchæ, & Græcorum Sophistæ antiquiores, seu primores Theologi ac Poëtæ. Neque enim isti Mundorum moles Infinitas temerario concursu Atomorum, modo Epicureo, sibi finxere. Hæc autem famosa æque ac Falsi nuntia Democriti & Epicuri opinio, sanè absurdior est, quàm quæ confutatione hùc eguerit vsque, vel hebetioribus quibuscumque videri debet. Attamen ne scrupulus cuilibet supersit vllus, mihi certè Animus est rem, quâ de disceptatur isthìc, ab primâ sui notione pressiùs discutere.

De variis Atomorum, ſiue Materiei ac primi rerum Naturalium Subiecti Nominibus & Titulis.

PRofectò ſi rerum Exordia ac prima Naturæ ſemina, quæ vulgò *Elementa* vſurpantur, ea ſint ipſa ex quibus aliquid primò componitur, & in quæ vltimùm reſoluitur, exploratæ neceſſitudinis eſt, Atomos, ſiue minutulas Materiei portiones, & vt loquar ſacri Codicis verba, indiuiduas PVLVERIS particulas *(homo enim* PVLVIS *eſt & in* PVLVEREM *reuertetur)* Materiei Naturam & Titulum ſibi aſciſcere. Ea-propter Manilius PENE-NIHILVM vocat Atomos, quibus quidem exiguius ac minus in rerum Natura eſſe nihil arbitrabatur. Ideoque primo Aſtronomicωn libro cecinit,

Et PENE EX NIHILO *ſumptum eſt.*

Atomi item dicuntur ab eodem Poëta CÆCA MATERIES, quo in loco, haud abuſus eſt intento Epicurei dogmatis, Manilius namque ab hac Lucretianâ opinione ſtare deſiuit: quâ quidem ſibi vtique ſuaſerit Atomum quamlibet ſub Senſum cadere minime poſſe, quod inſtituerat Epicurus, omniſque planè magnitudinis expertem latitare. οὐδέποτε Ἄτομον ὦφθαι αἰσθήσει: πᾶντε Μέγεθος μὴ εἶναι περὶ Ἀτόμοις. Haud aliter Democritus Particulæ ſiue Corpuſcula, ex quibus conſtant omnia τὰ τῷ λόγῳ θεωρητὰ *Sola rationis vi conſpicienda* pronuntiauit. Haud enim ſenſu queunt vſurpari. Eæ namque Atomi, quæ

per Aerem ad Solis radios deprehenduntur volitantes, ex multis Epicureis, de quibus iam agitur, Atomis conflari, edoctus nemo ibit inficias. Aer autem Ventus, Fumus, Aura & varia id genus ex multis istis Atomis compinguntur. Videre-licet subiectæ substratæque Spiritui Æthereo illæ ipsæ Atomi, diuersas has, quas contuemur formas suscipiunt. Siquidem solâ sui permistione confusâ, idoneum se subiectum exhibent Atomi substernuntque. Atomi enim in quouis Corpore Primæ supponuntur, tanquàm fundamentum cui formæ, ab Æthereo Spiritu cæco & inuiso expressæ, non secùs ac receptaculo vicissitudinum omnium & mutationum, insideant & innitantur. Namque Corpus omne, vt nobis spondet Epicurus, ex Solo Atomorum nexu compositioneque constat. Porrò Atomorum congeries, quæ Materia Prima nuncupatur, substantiæ rationem sibi vendicat, vt potè in Concreto ab Naturâ Corpore Prima subiicitur, & eadem semper manens contingenteis rerum varietates nouationesque sustinet. Nempe si Atomi & iacentes rerum οὐσίαι indiuiduæ, quæ ad rerum procreationem in vnum confluxere, illarum ipsarum Atomorum interitu vanescerent, neque in aliam remearent Naturam: profectò iam-dudùm absumpta foret omnis mundana Materies, neque ea fuisset satis, quod perspectum habes, rebus innumeris generatis & generandis. Quare perpetuo sui ipsius fluxu vniuersas rerum species, diuersasque formarum τύπωσεις præter-lapsa incon-

Quare Nihil in nihilum Materiei penes Naturam.

ſtantem mentitur quamdam ſui Conſtantiam. Eâ de Cauſsâ Comes Mirandulanus Præfatione in librum Geneſeωs ait, *Hic* PER AQVAS, ab diuino Moſe memoratas, *notatur* FLVXA INSTABILISQVE SVBSTANTIA. Proindeque Boetius libro de Conſolatione Philoſophiæ * cecinit Mundum extare, MATERIÆ FLVITANTIS *Opus.* Siquidem Atomi, per continuum Reſolutionis & Compoſitionis συγκρίσεως καὶ διακρίσεως fluorem, quàm appoſitè fluitare dicuntur. Quod ipſiſſimum innuit Claudianus. *

* *Boetius de Conſol. lib. 3. Metro 9.*

* *De cōſulatu Theodori.*

Aut quoties Elementa doces, SEMPERQVE FLVENTIS MATERIÆ CAVSSAS.

Nec abs re; nam prima illa Materia longè antè Heſiodum ab Orphicis ac veteribus Græcis Theologis RHEA inuocabatur, à verbo ῥέω *fluo.* Et in Orphico eius Hymno pangit Onomacritus, ex eâ Cælum, Terram, Pontũ & Aera conflari penitùs & conſtitui,

In Hymno Rhea.

Vide quę his de ſcripſerimus Diſſertatione de Communi viuendi ratione φυσικῶς ſpectatâ.

Ἐκ σοῦ γὰρ καὶ γαῖα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,
Καὶ πόντος, πνοιαί τε.

His autē Initiatus Orphicis ſacris Naturæ Initiationibus Heraclitus ritè pronuntiat ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην *inſtar fluminis vniuerſa fluere.* Quin etiam, propter perennem hunc Atomorum effluxum, Materia ab ipſo Pythagorâ in ordine *Malorum* fuerat collocata: dicebaturque τὸ ἄπειρον *Infinitum*, quia Finita non eſt Materia atque determinata; verùm Finitur dumtaxat ab ipſo Finito nempè Formâ, quæ à Platone πέρας vocatur; Infinitis enim modulis, figuris, qualitatibus & ſpeciebus ſubeſſe apta nata eſt Materies. Quod quidem

Laërtius in Vita Philoſophorum.

à Mercurio in Sacro sermone * confirmatur. Ait enim in Abysso seu mole Atomorum inordinatâ Tenebras esse Infinitas & interminatas, seu Materiam esse Infinitam, ἦν γὰρ σκότος ἄπειρον ἐν ἀβύσσῳ, *erant enim* TENEBRÆ INFINITÆ *in Abysso*. Per Tenebras enim Trismegistus, non secùs ac Moses, confusam & indigestam Materiem, quasi Massam nundùm formâ illustrem & concinnam contemplabatur. Imò verò Philosophi ferè omnes Materiam INFINITI Titulo insignitam sibi volebant: vt potè quia nullis quantitatibus qualitatibusue Finita foret, circumscripta & determinata. Multò enim antè Epicurum & eius Sectatorem Lucretium, diuinus Plato hoc placitum decreuerat. Quod quidem testatur Apuleius, * *Materiam Deus Artifex conformat vniuersam,* INFINITAM *verò iccircò, quod ei sit* INTERMINATA *Magnitudo; nam quod Infinitum est indistinctum habet magnitudinis finem, atque ideò cum viduata sit fine,* INFINIBILIS *rectè videri potest.*

* Cap 3.

Infiniti nomine Atomos Donatas Constat.

* Lib. de dogmate Platonis.

Huc cedit quod obseruauit Ficinus in Timæum Platonis; * Refert enim Materiem siue Atomos, de quibus iam dissertatur, τὸ ἄρτιον *Par* meritò haberi, quando quidem PAR instar Materiæ diuiduum extet τὸ ὑποκείμενον: contrà verò Spiritum τὸ περιττὸν *Impar* iure censeri, quoniàm Spiritus simplex minimeque diuiduus existat, sitque τὸ ποιητικόν; & *Mundus*, vt superiùs adnotaui, ab veteribus vsurpabatur. Proptereàque ad hæc quàm appositè Poëta-Astrologus Atomos designans concludit.

* Comment. cap. 27.

MATERIÆQVE *datum est* COGI, *sed cogere* MVNDO.

Nimirùm *Mundus*, vt ſuperius plenè explicui, ſiue Spiritus, qui & Forma ab Priſcis cognominabatur, in vnum coit continetque in officio Fluxas, Labiles & Lubricas Atomos. Quin-imò, ne diuulſæ diſſipentur iugiter, eòque redeant, vnde ſingulæ profectæ fuerint, arcto quaſi vinculo fortiùs & valentiùs ſtringit, coercet, & ad τύπωσιν priuam cudit ac molitur. Propterea omne Corpus Naturale coagmentatū eſt & ex diuerſis Atomorum ſiue Materiei particulis manet cohærens, proindeque Forma Totius, quantùm rimari poſſumus, ex ipſis Partium Formulis coaleſcit; Ipſa namque Totius Forma ex multis diuerſarum Partium Formulis conſurgit; Videlicet eſt Compoſitio quædam Formarum parilis eiuſdemque generis, quæ ſic inter ſe ſe connexæ & aptæ videātur, vt in vnum, nullâ ſeorsùm rebellante ac refractariâ, conſentiant atque conſpirent. Quàm verò aliena ſit Forma Hominis ab cæteris omnibus Formis, certo-certiùs & Sole clariùs noſtra de Immortalitate Humani Animi Differtatio demonſtrauit. Etenim Humanus Animus purus ac ſimplex, & omnis planè Materiei expers, Actus eſt à Deo Solo ex nihilo eductus, id eſt creatus & conſeruatus. Veluti enim Oculus ab Natura fictus eſt ad lucem, ità Mens apta creata à Deo eſt ad Primam Veritatem. Namque vt ſe habet Oculus ad Solem, ità Mens Humana ad Deum; Deus enim omne Bonum per-ſe vt & omne verum. Cæterùm vulgares prorsùm Formæ ſiue Spiritus oblireſcunt, conſpiciuntur fluxæ dumtaxat Atomi, mendaces

Quid Formæ rerum vulgares exceptâ humanâ?

rerum phases atque Laruas gesturæ. In concreti enim cuiuslibet Corporis constitutionem & fabricam, non Elementa primùm, sed Atomi confluunt, vt quæ constitutis & compositis rebus Materiam Solæ subministrent. Nec est alia concretis & alia simplicibus Corporibus Materies, omnia ex Atomis, agente Spiritu nascuntur & emergunt, & in eas retrò prorsumque soluuntur & commeant. Quamobrem Pythagoras Materiam vocat *Multitudinem*, quoniam ex multis Vnitatibus siue particulis Indiuiduis conflatam eam autumabat. Porrò quod adeò discretæ Atomi & mobiles, non autem inter se cohærentes & continuatæ vnum haud efficiant, nisi forsan appositione simplici, & solummodo propter viciniam, vti lapillorum aut granulorum congeries, is ipse Spiritus qui eas coniungit, distribuit, Animat, Format & moderatur, eorum Actus & perfectio, ἐνέργεια καὶ ἐντελέχεια penitus extat. Porrò Aristoteles circà hæc & similia præceps de industriâ ac vltrò deuius; Pro-certò de Materiâ Μεταφυσικῶς planè, non autem φυσικῶς nudè Philosophatus est, & vt vulgò loquuntur *in Abstracto*, non autem *in Concreto*. Quare suis in Physicorum libris MATERIA *est primum Subiectum ex quo insito constituitur aliquid per se*. Et in Metaphysicis suam Mentem à Rebus Naturalibus magis alienam haud præbet; MATERIA, inquit, *est quod per se neque est quid, neque quantum, neque quale ;* Quæ quidem Definitio Epicureis Atomis appositè admodum potest accommodari. Interim, cuique patet, quàm illiberalis

Vna eadem que rerum Materies continua, siue in minutulas Parteis concisa.

hoc

hoc in loco Stagiritæ Diſſertandi modus. Nam præterquàm quod operam identidem ludit, quas pollicetur res demonſtrandas, quæque vno verbo tranſigi quirent, ieiunè ac parcè capi adnititur. Sed de his alibi.

Profectò Atomi, ſiue Indiuidua vniuerſæ rerum primæ Materiæ Corpuſcula ab Anaxagorâ dicuntur INVISIBILIA, vti & Epicurus τὰ λόγῳ θεωρητὰ *Solâ ratione intelligibilia.* Siquidem teſte Ariſtotele * vulgaria quatuor Elementa eſſe ἑκάτερον αὐτῶν ἐξ ἀοράτων ὁμοιομερῶν πάντων ἠθροισμένων, *vtrumque eorum Elementorum* EX INVISIBILIBVS *ſimilium Partium congregatis.* Quod & Sanctus Paulus * confirmare videtur his verbis, VT EX INVISIBILIBVS VISIBILIA FIERENT. Notat autem Theophylact. in Græco, verborum Metatheſim exiſtere, μὴ ἐκ φαινομένων prò ἐκ μὴ φαινομένων. Et Caiectanus in hunc Apoſtoli textum EX INVISIBILIBVS, inquit, id eſt, ex informi, indigeſtâ, incomptâ inanique mole & Chao, quod creauit Deus primo Mundi die; Ex hac autem Maſsâ & Abyſſo ſequentibus diebus Dominus Deus formauit Cœlos, Aſtra, Elementa, Aues, Piſces, Animalia, &c. quare, palàm fit Paulum alludere ad ſeptuaginta, qui Bereſith primo, pro eo quod nos habemus, *Terra erat Inanis & Vacua*, vertunt, *Terra erat* INVISIBILIS *&* *incompoſita.* Heinc Μεταφορικῶς Hebræorum ſapientiam vtcúmque ſequuti veteres Græcorum Theologi, ſiue Poëtæ, Materiam NOCTEM & CHAOS vocitauere. Ideoque ab Ariſtotele libro Metaphyſicorum decimo quarto, MATE-

* *Lib. 3. de Cœlo cap. 3.*

* *Epiſtola ad Hebræos cap. 11.*

RIA *dicitur* POTENTIA *& ab vetustioribus* χάος ἢ Νὺξ *Chaos* siue *Nox*. Quod item sapere videtur Hippocrates initio libri de Diætâ vbi ait Σκότος ᾍδῃ *Tenebræ Orco, &c.* Quæ quidem fusiùs & enucleatiùs sum posteà, vnâ dumtaxat diatribâ de solutione Hippocratæi huiusce Ænigmatis, commentaturus. Fauet autem Priscæ isti de concisis minutatim Materiei particulis vulgò Atomis, Paulina hæc Græca expressio * νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας ῥήματι Θεοῦ, εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. *Intelligimus constructa esse secula verbo Dei*, IN NON EX APPARENTIBVS VISIBILIA *facta esse*. Siquidem Atomi præ paruitate sui, & Indiuiduâ, vt ab Epicureis docetur, substantiâ minimè sunt conspicuæ. Epicurus enim ita definit οὐδέποτε Ἄτομον ὦφθαι αἰσθήσει. πάντα μέγεθος μὴ εἶναι περὶ Ἀτόμους, *neque Atomum sensu percipi posse, quippe expers plane est omnis magnitudinis.* Heinc iterùm Rex Salomon Sapientiæ capite vndecimo, *Omnipotens Manus tua, quæ creauit Orbem terrarum* EX MATERIA INVISA. siue sub sensus minime incidente. Certè ni in creatas statueret Atomos Epicurus idem quodammodo docere videretur, ita enim ad Pythoclem, τὸ πᾶν σῶμα καὶ ἀναφὴς φύσις ἐστὶν, *omne Corpus est intactilis Natura;* Cuius quidem Pronuntiati Rationem vtcumq; subdit ὅτι Ἄτομα στοιχεῖα, καὶ ὅσα μοναχῶς τοῖς φαινομένοις Συμφορίαν, *quod Indiuidua Elementa, quæ qualiacunq; sint, vnicū sortiuntur ab rebus conspicabilibus concẽtum.*

Libro 1.

* Ad Hebraos cap. 11.

Verùm, MI-GASSENDE, his superioribus sacri codicis textibus, monent nos Paulus & Salomon creatas ἁπλῶς Atomos omnes. Et apprimè,

namque si creatæ, neque ab ipso casu in Mundum compactæ Atomi ab Epicuro, Lucretióue constituerentur, verisimillima foret, quod nobis cedet vel pertinacissimus Epicureorum, de Atomis Doctrina. Igitur quantùm aduersetur rationi, quàmque absurda putidaque ab Laertio & Lucretio referatur, aueo iam-iam paucis, iisque certissimis & euidentissimis ratiociniis demonstrare.

Materia Atomis discreta, vel Quantitate affecta necessariò creata, aduersus Epicurum & Aristotelem, ἀποδεικτικῶς probatur.

PRimùm Naturæ Subiectum, quod Materiam primam, siue Atomos, & vt ait Trismegistus, *ἀδιάλυτα σώματα καὶ τὰ ἀθάνατα indissolubilia, ac proinde Immortalia Corpuscula*, vulgò vocitant, creatum fuisse hactenus, nescire nemo planè potest; Scilicet nullum Ens increatum ἁπλῶς præter Deum; independens penitus nullum; verùm Materia prima ex Mente Platonis, Aristotelis, cæterorumque Philosophorum, imò hominum fermè omnium (sapiendum autem rationis vi & Demonstrationis, non autem Testimoniorum multitudine) velint nolint illi ipsi Lucretistæ, Formarum ergò est, nec-non Totius. Finem igitur intrinsecùs, vt aiunt, & ἁπλῶς intendit ipsa Materia. Rursum finis est minimè potis, imò nullus citrà Authorem vel Opificem; Vt potè Ens ἁπλῶς & *intrinsecùs*, se ipsum definire ac constituere minimè valet; Esset enim antequàm

esset, quæ genuina & pura contradictio est. Facta ergò ἁπλῶς prima illa rerum Materia. Demùm, nullum Materiei conceditur Subiectum, alioquin daretur Materia Materiæ. Quæ certa foret Hypotheseως euersio. Siquidem prima esset simul & non esset, quod fiet penitus absurdum καὶ ἀδύνατον. Agitur enim de primâ dumtaxat Materiâ; Facta ergò & creata est è nihilo. Ast nihili vis nulla, nullaque ἐνεργέια; Quin etiam è nihilo Naturæ vi prorsus nihil; Deus ergò primæ, quâ de impræsentiarum disceptatur, Materiæ solus Author est, solus & Creator.

Imò si Materia esset increata, vt increata ἁπλῶς, Actus esset per se & ἁπλῶς: non esset ergò potentia nec prima, nec alio penitus modo; non enim foret Ens increatum ἁπλῶς & Actus per se, quæ euersio Hypotheseως planè constaret; Neque etiam esset Actus respectu sui & potentia respectu alterius; alioqui Ens increatum ἁπλῶς & Actus ἁπλῶς minimè foret; Materia ergò siue Epicurea, siue Peripatetica, creata penitus, potentiaque ἁπλῶς est, nempè in gratiam formarum & Tertiæ cuiusdam Essentiæ, ideò quod nulla extet potentia Passiua cui non respondeat Actiua. Ea-propter apagesis, quisquis ille vanus ac fatuus taleis ac tantas tuas Atomos increatas, vti somnias, & Infinitas iactare elatâ fronte contendas.

Altera demonstratio de creatione Materiæ siue Atomorum.

Quin etiam pressius, MI-GASSENDE, sic insto. Democrito pariter ac Epicuro Atomi sunt Parteis Totius. Verùm omne Totum imprimisque Naturâ vel Arte constitutum, Finis est Partium: Pars

autem omnis Totius gratiâ. Finis ergò suus est Atomis. Ast Finis absque Opifice nullus plane est. Siquidem Finis est cuius gratia fit aliquid; Suus igitur Atomis Opifex est; Sed omnis Opifex, operis Opifex est; Omne verò opus factum; minimè ergò increatæ sunt Atomi: videre-licet increatum omne infectum penitus est. Factum autem quid esse & infectum, ipsa mera contradictio est. Quidni, inquam ego, non potest Epicuream sectam non pudere tantæ circà res clariores hallucinationis? Quidquid id est, ille ipse Lucretius, sophista nimius res vanas & aniles, pro veris & certis, sonare dulciloquis Poëseωs vocibus non est diffisus. Tertia demonstratio.

Demùm tàm impotens iacet Materia esse à se, quàm haberi pro Deo. Etenim quælibet Atomus, siue pars quæuis Materiei per se & ab Naturâ suâ, ἁπλῶς in gratiam totius est & vniuersi ordinis siue cuiussuis Corporis. Suus igitur Finis est ἁπλῶς Materiei siue Atomis; Verum Finis, citrà Opificem, nullus penitus admitti ἁπλῶς potest; Factum ergò & è nihilo erutum est primum Formarum ac Specierum omnium fulcrum & fundamentum. Quarta demonstratio.

Huc accedit quòd omne Totum sequitur Naturam Partium; Ast Atomus A, eodẽ se habet modo, quo Atomus B, & Atomus B, quo Atomus C, & Atomus, C, quo Atomus D, & sic deinceps. Igitur eodẽ se habet modo Atomus D, quo Atomus A. Quare si Atomus A, nõ possit ἁπλῶς agere citrà Atomum B, necessũ est Atomũ B, non posse ἁπλῶς agere citrà Atomum A, & sic vicissim. Atomus ergò quælibet, adeò vt Quinta demonstratio.

operetur, proindeque adeò vt ἁπλῶς extet, aliâ atque aliâ quâuis Atomo egere certo-certiùs est; Necessitas enim operis comitatur necessitatem τῆς οὐσίας; & vt Barbarè vulgus Scholarum, *Modus essendi antecedit Modum operandi.* His igitur datis & constitutis, sic dissero; Si quælibet Atomus ἁπλῶς potens non est agere, non potis est, ἁπλῶς *siue simpliciter* existere; ergò ἁπλῶς Atomus quælibet possibilis est. Verùm quatenus Atomus quælibet possibilis est ἁπλῶς, τὸ εἶ) non à se, vt ita loquar, sed ab alio ἁπλῶς mutuatur; Ἀδύνατον enim penitus est è nihilo se ipsum eruere; esset enim τὸ τὶ simul & non esset, quod sanè aduersatur primo τῶν μετὰ τὰ φύσικα Principio. Quælibet gitur Atomus ab τοῦ alio educitur Igitur educitur ab Atomorum siue Materiei τοῦ experte; Igitur ab ἀσωμάτῳ siue τοῦ *incorporeo*; Igitur ab actu puro & penes ante-dicta, ab omni potentiâ quàm alieno; Igitur à Deo.

Imò si ex Partibus Totum coalescens aptum natum sit pati; Quandoquidem partes τὸ vnum constituunt, Totum præ complexione Partium Pati aptum natum esse necessum ducitur. Ideoque est Totum in Partibus, vt ità loquar, minimè Totis. Omni enim, quod particeps sit alicuius rei, præ existit quod nusquam sit alicuius rei particeps. Est ergò ratio Totius, haud vllarum Partium participis, præcedens ipsummet Totum ex Partibus conflatum; Scilicet quod passionis & potentiæ expers subsistat, vt quæ sit per se subsistens Totum siue potius TOTALITAS. Porrò Totum illud, quod ex Partibus

Sexta demonstratio.

quasi emergit, varium sibi vendicat tàm Partium quàm Totius multiplicis discrimen: sortitur enim pro vario sui & alterius respectu rationem Partis simul & Totius. Necessùm igitur est Totorum, siue potius Totalitatum, vt ità dicam, omniũ Totalitatem per se subsistere, vt quæ extet τὸ vnum per se.* Hęc autẽ Totalitas seu Totalitatum omnium Vnitas per se, causa princeps & vnica est, cur Tota fiant; Quod autem causatur Totorum omnium Totalitatem, adeò vt Tota sint, antecedit Parteis; Neque enim ex Partibus Totum hoc constare valet, esset enim Totum ἁπλῶς καὶ κατά τι, quod est absonum. Ea-propter concludamus tandem est necessum, Mi-Gassende, quamuis Atomorum, vel minutulam, sibi sumere rationem Partis, ac proinde à quadam Totalitate per se (barbaro parcas nomini) siue potius vnitate, suum τὸ εἶναι, omnimodè & ἁπλῶς mutuari. Temerè Lucretius, igitur & præter rationem, cum Democrito, Epicuro cæterisque veteribus Philosophis, docuit.

*Vide Platonis Dialogum DE VNO.

Nullam rem è Nihilo gigni DIVINITVS *vnquam.*
Et paullò inferius concinit iterùm.

——— *Æternaque Materies est.*

Lucretius lib. 1. de rerum Natura.

Nec me latet nihil ex nihilo gigni penes Naturam, non autem penes Deum, de quo hìc loquutus est Titus ille per τὸ DIVINITVS. Porrò circà præcipuum illud rei Physicæ Pronuntiatum hallucinati sunt omnes ferme Prisci Naturæ contemplatores. Quod quidem confirmat Aristoteles libro φυσικῆς Ἀκροάσεως primo, Κοινὴ δόξα τῶν φυσικῶν, οὐδὲν γίγνεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος,

Eorum ferè omnium, qui de Naturâ disseruere, ea viguit opi- Lib. 1. Physic. *nio*, NIHIL PENITVS EX NIHILO GIGNI; Haud absolutè igitur siue ἁπλῶς ipse Stagirita sancire debuit τὸ γιγνόμενον ἐκ μὴ ὄντων γίγνεσθαι ἀδύνατον, περὶ γὰρ ταύτης ὁμογνωμονοῦσι τῆς δόξης πάντες οἱ περὶ φύσεως, *non potest fieri vt id quod producitur ex iis, quæ minimè existant, producatur; omnes qui rerum Naturalium periti fuere huic planè Opinioni astipulantur.* Scilicet, sibi vtique hoc in negotio contradicunt plerique veterum, quodquidem superioribus ratiociniis, probasse me enucleatiùs mihi videtur. Fateare igitur, MI-GASSENDE, meræ contradictionis haud immeritò argui Epicureum hoc Effatum, INCREATIS EX ATOMIS CONSTANT OMNIA. Ideóque vestigent vestri Lucretiani, nùm rectè garriuerint,

Lib. 1. de rerum Naturâ.

——— ——— ——— *Nil posse creari*
De nihilo?

Num item Mente assequuti fuerint, quod sibi pollicentur vani vltrò illi,

Ibid.

——— ——— *Vnde queat res quæque Creari?*
Et quo quæque modo, FIANT OPERA SINE DIVVM?

Id est, obseruat eruditissimus Lambinus, per ἀνασπορὰν, sine Deorum operâ; Quod vsquequáque vanum adeo est, ac futile, vt sibi vltrò ipsi deficiat. Siquidem, vt Veri expositione, sic Falsi confutatione firmata Veritas clarissimè dignoscitur. Pateat ergò vel contumaciori Sophistæ nullam Atomis discretam iuxtà Epicureos, aut iuxtà Peripateticos quantitate affectam, primam rerum Materiem, nisi ab Deo creatam, admitti quoquo-modo posse. Hoc ergò Principium

Principium *Nihil ex Nihilo, Nihil in Nihilum*, capiendum minimè est quasi vero ab non esse sui, ad τὸ ἐξ nihil penitus educatur; sed Intelligendum potiùs quod nihil omnino Componatur ex nihilo. Missis porrò his omnibus de Materiæ creatione vitilitigationibus, quæ & quales sint Atomi, siue Indiuidua Corpuscula ac prima rerum Exordia; intimè iam disquirendum.

De Atomorum Epicurearum Naturâ.

EXpositurus, quæ sit Atomorum Natura, ob ea quæ hactenus sum præfatus, adeò vt clariùs res innotescat, paucis eam iisque probatissimis complectar & enucleabo. Profectò prima rerum Semina seu Exordia, Atomi vulgò appellata, ne cogitatione quidem præcidi queunt, sunt enim τῷ λόγῳ dumtaxat θεωρητὰ, *sola vi Mentis spectanda;* Natura enim res à se coactas in vnum, concretas-ve resoluit sensim in particulas, quantùm potest, minimas. Diuiduæ igitur, quales eas statuunt Epicurei, vel Animo fingi citrà contradictionem nullo modo possunt; neque autem minimo minus, vti & prius primo concipitur. Hanc ob Caussam, prima illa Corpuscula prorsum Indiuidua, & cuiusuis Fractionis vel Solutionis impatientia, subindeque ea ipsa à creatione vllius Generationis & Corruptionis penitùs expertia concedi necessum est. Vt potè, quidquid interit, interit Solutione, nō secus ac quidquid nascitur, nascitur Compositione; Verum illa.

ipsa, de quibus hic disserimus, prima Corpuscula ab Epicuro * censentur Ἄτομα καὶ ἀμετάβλητα *diuisionis & mutationis expertia;* Sunt namque particulæ impensè exiguæ & minutissimæ, quas dixerunt Epicurei Ἀτόμους φύσεις *Naturas Indiuiduas*, καὶ ἀμεταβλήτους *minimèque transmutabiles.* Quod ex his nostris ratiociniis quàm euidentissimè patet.

* Apud Laertium in vitâ Epicuri.

Atomos Corruptionis & omninò Mutationis expertes.

Quæuis seorsim Atomus est ipsa στερεότης *soliditas* ἁπλῶς *absolutè* simplicissima. Primorum enim Naturæ exordiorum Naturam sibi vendicat, alioqui non foret prima, nec simplicissima, vt paullò suprà fuit demonstratum; Quandoquidé haud detrahi illis vel adiungi quicquam potest; Nimirùm vti videre est, earum seorsim Atomorum fieret discretio solutioque. Quòd concessæ Indiuiduorum horum Corpusculorum hypothesi planè aduersatur. Porrò Generationis, Corruptionis & omninò Mutationis cuiuslibet expertes Atomos φυσικῶς *Physicè* duntaxat, sicuti experimur penes Naturam: non autem ἁπλῶς, absolutè veluti demonstrauimus penés Deum, nemo non fatetur. Quippe prima illa rerum principia Generationis, Diuisionis & Corruptionis Impatientia vniuersæ Naturæ ~~deseruiunt iugiter~~ & opitulantur. Haud enim mutantur, nisi ratione, Complexionis, Discretionis omnisque omninò Motus, potissimumque συγκρίσεως καὶ διακρίσεως. Sanè κατὰ στερεότητα καὶ οὐσίαν separari ac dissolui solùm-modo queunt. Ideóque Sola Totius siue Coalitionis, non autem Partium siue Atomorum Nouitas Epicureis δυνατὴ *possibilis* videtur. Propterea Totius Generatio, est σύγκρισις

Haud absolutè Corruptionis siue Mutationis expertes Atomi.

Genuina nulla Generatio, Corruptio, nulla iuxta Epicureos.

concretio partium, non autem ortus; Corruptio vero est διάκρισις *resolutio* earumdem Partium non autem interitus. Quod apprimè ipsissimo Hippocrati placuit, initio libri de Diætâ, ipsissimo itidem Ægyptiorum Sacerdotum Collegio, vti passim colligere est ex Pimandrâ. *Heinc etiam Epicureis Atomorum Assertoribus nulla vere est Forma, sed Sola Partium Coalitarum vnio, quæ quidem vnio est mera particularum Indiuiduarum appositio. Nullum item Accidens præter Motum, imò Motus non ἁπλῶς sed quadamtenùs Ens; Motus enim ab Atomis proprietas minimè separanda, proindeque Accidens nullum existere Epicureo cuique videtur. Etenim Formæ & omninò οὐσίαι rerum omnium aliud nihil sunt præter Situm & Figuras primorum horum Seminum siue Atomorum. Res enim, penes Epicurum citrà sua principia, nempe Atomos, nihil omninò sunt: sunt autem Generationis & Corruptionis, vt iam demonstraui, expertia. Quasi verò? nudi rerum Modi, vel vt loquitur vulgus peripaticorum, *Meræ denominationes externæ* constituerent omnes, quas Natura complectitur, Formas. Imò etiàm, ipsa rerum Natura, quasi Anagrammatisans, vniuersas, quas gignit Formas, luderet cæca, seligeret palans, & ordinaret indigesta. Quasi vero, inquam, MI GASSENDE, vt Typotheta eorumdem Caracterum ope τὸ MARO, AMOR, ROMA, ORAM, MORA, ARMO, RAMO, Oculis & Menti subiicere potest: Ita Atomi, vario sui situ varias sui Qualitates, Species atque Formas sensui valent demonstrare.

Vide Dialogum Mercurij Trismegisti.

Epicureis nulla Forma Accidens nullum, cōtrà Peripateticos vulgatos.

Nec præteream, cur sibi finxerit cum Democrito Epicurus ferri Atomos per Infinitam Vacuitatem & iugiter motari. Nimirum Atomus, vt potè ἄτομα plane diuisionis expers, ab eo ipso Epicuro, vt στερεότης *soliditas* simplex & nuda percipiebatur. Verùm quoniàm στερεότητος *solidatis* sequaces sunt necessariæ densitas & grauitas; Ideoque densa & grauis huc vel illuc Infinitam per Vacuitatem ab Epicuro confictam, agitatur quælibet Atomus. Cæterùm non à se mouetur quæuis Atomus, quod fusius iamiam demonstraui; eguit ergò primo quodam Motore; Quomodo enim primùm concita fuisset? à quonam acta foret? à quonam, inquam, in actum edita? ergò à Deo, qui cuncta, vti in propatulo est, summâ suâ Sapientiâ dirigit & moderatur. Quippè attingens omnia, ab principio ad Finem, ea disponit suauiter; Singulis autem rebus ἁπλῶς prouidet, alioqui non esset Deus. Heinc Prouidentia Dei ab malè-cautis Epicureis haud agnita, verùm à me Impræsentiarum ipsis vltrò demonstrata. Certissimè harum Particularum siue Atomorum Finem non agnoscere nequeunt Democritus & Epicurus; Quandoquidem Pars omnis suas obit vices in gratiam Totius; porrò Nihil omninò à se stare potest in alterius munus & officium: alioquin non à se staret ἁπλῶς; ἁπλῶς enim Finem ac Prouinciam habere & Authorem Creatoremque non habere, ἀδύνατον penitus fiet.

Citrà primùm motorem siue Deum, Atomi penitus immobiles iacerent, imò Atomi nullæ.

Certissimè Atomus quælibet ab Actore summæ intelligentiæ compote mouentur ἁπλῶς *absolutè* &

Atomi, vt quæ sint Naturæ mi-

diriguntur. Verùm primæ illæ rerum Particulæ, siue Atomi, si taleis essent, qualeis sibi finxere Epicurei, putà Indiuiduæ ἁπλῶς, & cuiusuis discretionis absolutè impatientes, cieri ac motari ἁπλῶς nequirent, quod ex his cuique manifestissimum esse debet. Cedò igitur moueatur Atomus ab Termino A, ad Terminum B; vel est in Termino A, seorsùm, vel seorsùm in Termino B, vel in vtroque, vel in nullo: vel saltem vna Pars Atomi continget Terminum A, & Pars altera continget Terminum B, quod vltimùm ἀδύνατον prorsus. Vterque enim Terminus partiretur Atomum, quæ clara contradictio est. Atomus autem existit, hoc est Particula minimè diuidua, & quâ quid minus fingi nihil potest. Ast si attineat Terminum A, nundum cietur, si aliàs appellat illicò Terminum B, non amplius motatur. Sin vero vtrumque consequatur nundum mouetur, simulque non amplius mouetur, quod est absurdum. Rursùm si in neutro extet Atomus, non mouebitur à Termino A, in Terminum B, neque in medio vtriusque lenta immotaque iacebit. Oportet igitur Particulam vnam Atomi attinere Terminum A, & Particulam alteram attingere Terminum B, quod impossibilium est, euidentioremque inuoluit Contradictionem. Non potest igitur motari Atomus ἁπλῶς, quidquid effutiat Epicurus, proindeque, MI-GASSENDE, id penitus omne quod motari potest, diuiduam sibi Naturam asciscere exploratum habes atque demonstratum.

nimè diui- duæ, n otari non pos- sunt.

Igitur, velint, nolint, Epicurei, adeò vt moten-

tur Atomi, Indiuiduæ sint Particulæ dumtaxat φυσικῶς *Physicè*, non autem Μαθηματικῶς *Mathematicè*, siue Geometricis momentis ac rationibus necesse est. Neque Atomus diuisionis vllius est ἁπλῶς impatiens, neque est τὸ ἐλάχιστον *quàm minimum*, de quo ab Epicuro mentio facta est, *intactilem Naturam* ἀνάφη φύσιν sibi sumens. Ea propter ipse idem Epicurus Atomorum Grauitatem & Magnitudinem habentium penitus immemor, & à se ipso planè dissentiens insulsè dictitauit πᾶν δὲ Μέγεθος μὴ εἶναι περὶ Ἀτόμους. *omnis Magnitudinis expertes Atomos esse*; Nunquam enim Atomi illæ fictitiæ Sensu percipi quoquo modo valent. Heinc Μυστικῶς sæpissimè vocantur *Vnitates* & *Puncta*. Profectò Μαθηματικῶς *Mathematicè*, haud tanguntur, quod huc vsque probaui, id est, sicuti loquuntur, *per contactum vtrinque extremorum moleculæ absque vnione*; non autem φυσικῶς, *Physicè* absolutè, id est *citrà reciprocationem*. Etsi autem sub sensus minimè cadant Atomi: Diuiduæ tamen ἁπλῶς & penes Naturam existunt. Cui quidem opinioni reluctari omnimodè non videtur Diuus Augustinus contra Manichæos, *qui fecisti Mundum de Materiâ informi; quod aliqui Codices habent* DE MATERIA INVISA. Et ibidem, *Dicta est Terra* INVISIBILIS, *incomposita, Tenebræ super Abyssum; Quia informis erat*, ET NVLLA SPECIE CERNI AVT TRACTARI POTERAT. *Dicta* item *est* AQVA, *quia facilis & ductilis subiacebat.*

Atomi ἁπλῶς diuisionis patiente.

Duobus modis concipiuntur Atomi Physicè & Mathematicè.

Libro 1 de Genes.

Quid plura? Diuidua est Atomus PHYSICA non autem MATHEMATICA: multùm enim interest,

inter punctum *Physicum & Mathematicum*, vt potè ille Diuisionis capax, hic verò Quantitatis expers. Apposita ergò & ad institutum quàm accommoda, illa ipsa arguta admodum & iocabunda Tertulliani obiectatio; Libro enim de Animâ in Epicureas Atomos, sic ludit vir Christianus & maximè ζηλωτὴς, *Animæ Corpulentiam effingit Epicurus ex Atomis*, SI ET ATOMI CORPVLENTIAS *de Coitu suo Cogant.* Et apprimè, namque ex Mathesi palàm est Infinitas Atomos, siue punctorum Infinita Corpuscula, vel minimam Quantitatem cuiusuis sectionis patientem constituere haud quaquàm posse; Non autem ex Physicâ, siquidem Atomus φυσικῶς obseruata Materiei particeps, atque ideò affecta Quantitate quasi ὀγκώδης quantaque vtcûmque porrigitur.

Punctisiue Atomi diuisio.

Profectò, si Atomi Epicureæ forent ἁπλῶς Indiuiduæ, nullus in rerum Naturâ fieret contactus. Quod paucis ità demonstratur. Κατ' ἀδύνατον *per impossibile*, dentur Atomi duæ A, & B. Se se inuicem attineant; ergò contiguæ sibi ipsis quasi assidebunt; Porrò contigua sunt quorum duo termini consistunt simul atque in eodem loco; Quare necessum est duarum Atomorum sibi mutuò contiguarum Terminos ipsis sibi adesse. Adeò ita Atomi A, & B, sint Diuisionis capaces, proindeque Diuiduæ, proindeque non Atomi. Quod patet vltrò absonum.

Adeo vt fiat Atomorum contactus quælibet Atomus debet esse Diuidua contrà Epicurum.

Imo verò Atomi duæ sibi mutuò adesse nequàquam possunt. Sic autem se Res habet; Atomus

tur Atomi, Indiuiduæ sint Particulæ dumtaxat φυσικῶς *Physicè*, non autem Μαθηματικῶς *Mathematicè*, siue Geometricis momentis ac rationibus necesse est. Neque Atomus diuisionis vllius est ἁπλῶς impatiens, neque est τὸ ἐλάχιστον *quàm minimum*, de quo ab Epicuro mentio facta est, *intactilem Naturam* ἀναφῆ φύσιν sibi sumens. Ea propter ipse idem Epicurus Atomorum Grauitatem & Magnitudinem habentium penitus immemor, & à se ipso planè dissentiens insulsè dictitauit πᾶν δὲ μέγεθος μὴ εἶναι περὶ ἀτόμους *omnis Magnitudinis expertes Atomos esse*; Nunquam enim Atomi illæ fictitiæ Sensu percipi quoquo modo valent. Heinc Μυστικῶς sæpissimè vocantur *Vnitates* & *Puncta*. Profectò Μαθηματικῶς *Mathematicè*, haud tanguntur, quod huc vsque probaui, id est, sicuti loquuntur, *per contactum vtrinque extremorum moleculæ absque vnione*; non autem φυσικῶς, *Physicè* absolutè, id est *citrà reciprocationem*. Etsi autem sub sensus minimè cadant Atomi: Diuiduæ tamen ἁπλῶς & penes Naturam existunt. Cui quidem opinioni reluctari omnimodè non videtur Diuus Augustinus contra Manichæos, *qui fecisti Mundum de Materiâ informi, quod aliqui Codices habent* DE MATERIA INVISA. Et ibidem, *Dicta est Terra* INVISIBILIS, *incomposita, Tenebræ super Abyssum; Quia informis erat*, ET NVLLA SPECIE CERNI AVT TRACTARI POTERAT. *Dicta* item *est* AQVA, *quia facilis & ductilis subiacebat.*

Atomi ἁπλῶς diuisionis patiente.

Duobus modis concipiuntur Atomi Physicè & Mathematicè.

Libro 1 de Genes.

Quid plura? Diuidua est Atomus PHYSICA non autem MATHEMATICA: multùm enim interest,

inter punctum *Physicum & Mathematicum*, vt potè ille Diuisionis capax, hic verò Quantitatis expers. Apposita ergò & ad institutum quàm accommoda, illa ipsa arguta admodum & iocabunda Tertulliani obiectatio; Libro enim de Animâ in Epicureas Atomos, sic ludit vir Christianus & maximè ζηλωτὴς, *Animæ Corpulentiam effingit Epicurus ex Atomis*, SI ET ATOMI CORPVLENTIAS *de Coitu suo Cogant*. Et apprimè, namque ex Mathesi palàm est Infinitas Atomos, siue punctorum Infinita Corpuscula, vel minimam Quantitatem cuiusuis sectionis patientem constituere haud quaquàm posse; Non autem ex Physicâ, siquidem Atomus φυσικῶς obseruata Materiei particeps, atque ideò affecta Quantitate quasi ὀγκώδης quantaque vtcûmque porrigitur. Puncti siue Atomi diuisio.

Profectò, si Atomi Epicureæ forent ἁπλῶς Indiuiduæ, nullus in rerum Naturâ fieret contactus. Quod paucis ità demonstratur. Κατ' ἀδύνατον *per impossibile*, dentur Atomi duæ A, & B. Se se inuicem attineant; ergò contiguæ sibi ipsis quasi assidebunt; Porrò contigua sunt quorum duo termini consistunt simul atque in eodem loco; Quare necessum est duarum Atomorum sibi mutuò contiguarum Terminos ipsis sibi adesse. Adeò ita Atomi A, & B, sint Diuisionis capaces, proindeque Diuiduæ, proindeque non Atomi. Quod patet vltrò absonum. Adeo vt fiat Atomorum contactus quælibet Atomus debet esse Diuidua contrà Epicurum.

Imo verò Atomi duæ sibi mutuò adesse nequàquam possunt. Sic autem se Res habet; Atomus

A, & Atomus B, quatenus sunt, iuxta Epicurum, Indiuiduæ, nequeunt sibi inuicem aptari; Vel enim Totum Atomi A, tangit Totum Atomi B; vel Totum Atomi A, Partem Atomi B. Vel Pars ipsius Atomi A, Partem ipsius Atomi B, & sic æquiparatâ ratione; verum si Totum huiusce Atomi pertingat Partem illius, vel Pars Partem sibi adunet, non erunt Indiuiduæ Atomi A, & B. Si vero Totum sibi applicet Totum, non erit in rerum Natura Continuum, sed quadamtenùs Contiguum: Atomi enim assidebunt solummodo sibi ipsis. Quod est omninò præter rationem Atomorum: & vno verbo, puncti Mathematici, & ἀδιαιρέτως Geometricæ.

Ex Atomorum concretione nullum Continuũ.

Præterea certum est, quamuis Atomum per quoduis spatium motari nullo modo posse. Siquidem Atomus A, vt quæ sit Particula ἁπλῶς Indiuidua, feratur per spatium B: quandoquidem quidquid motatur priusquam motetur, maior Pars Totius æqualis vel minor motatur; Simili fermè ratione Atomus A, motabitur. verùm si maior vel minor Pars Atomis moteτur, Parteis habeat necessum est. Si autem adæquet spatiumB, ipsum spatium B Indiuiduum planè existet, quod est prorsus ἀδύνατον *impossibile*. Nemo igitur non diffitebitur Atomum A, vt & aliam quamuis Atomum, nusquã se per spatium B, & aliud quoduis se se motaturam. Constat autem non datum iri Motum vllum citrà diuisionem: quòd vsque huc, fusiori rationum tenore habemus demonstratum. Cæterùm expassæ quandamtenùs & Diuisionis capaces isthæc Atomi Epicureæ varias

varias sortiuntur *χημάτων figurarum* differentias. Quare vester Epicurus, * commentitium illud effatum suis discipulis insinuare tantópere nisus est Α'τομα ἀπερίληπτα ἐστὶ ταῖς διαφοραῖς τῶν χημάτων, *Corpora Indiuidua non possunt concipi præ Infinito Figurarum discrimine.* Quod quidem præceptum sectatus vltrò Lucretius, Indiuidua rerum Corpuscula haud esse vniusmodi figuræ his sancit versibus.

* *Laertius in vitâ Epicuri.*

Nunc age iam deinceps cunctarum EXORDIA *rerum*
Qualia sint, & quàm longè DISTANTIA FORMIS,
Percipe MVLTIGENIS *quàm sint variata* FIGVRIS.

Lucretius lib. 2. de rerum Natura.

Quippe Atomi, vt sibi vult Epicurus, * non modò sunt Σώματα λόγῳ θεωρητά, *Corpora Solâ ratione perceptibilia*: Sed &, ἀμέτοχα κενῦ, ἀγένητα, ἀδιάφθαρτα, οὔτε θραυσθῆναι δυνάμενα, οὔτε ἀλλοιωθῆναι. *Inanis expertia*, id est Solida, *ingenita*, quod paullò suprà profligauimus, *ab omni corruptione aliena, quæ neque frangi, neque commutari queunt.* Hæc porro ipsa rebus omnibus genitis omnia omnis Figuræ sunt primordia; Alia enim sunt Quadrata siue Cubi, alia Triquetra seu τρίγωνα, alia Multangula ab Græcis dicta πολύγωνα. Ideóque Lucretius,

* *Plutarchus de Placitis Philosophorum.*

De variis Epicureorum Atomorum Figuris.

Semina cùm porrò distent, differre necesse est,
Esse minora igitur quædam, maioraque debent,
Esse Triquetra aliis, aliis Quadrata necesse est,
Multa rotunda, Modis multis Multangula quædam.

Lib 4 de rerum Natura.

Verùm ad hæc & simillima Epicureorum deliria iocatur Cicero, sic enim nugas has exagitat. *Ista enim flagitia Democriti, siue etiam antè, Leucippi, esse* CORPVSCVLA *quædam* LÆVIA, *alia* ASPERA, RO-

Libro. 1 de Naturâ Deorum.

TVNDA, *alia partim* ANGVLATA, CVRVATA *quædam*, *& quasi* ADVNCA, *ex his effectum esse Cælum atque Terras, nullâ cogente Naturâ, sed concurso quodem fortuito.* Interim obseruandum moneo, non ἁπλῶς *absolutè*, sed quadamtenùs Infinitas esse Atomorum Figuras. Testis est Plutarchus, libro de Placitis Philosophorum; τὰ δὲ σχήματα τῶν Ἀτόμων ἀπερίληπτα, οὐκ ἄπειρα, *Figuras Atomorum percipi non posse*, HAVD VERO ESSE INFINITAS. Quin & reapse Epicurus apud Laertium, *Corpora Indiuidua & Solida* ex quibus Res *conflatæ coalitæque fiunt & in quæ resoluuntur, comprehendi non possunt* ἐνεργείᾳ *efficaciâ*, siue *re*, διὰ τὰς διαφορὰς τῶν σχημάτων FIGVRARVM AVTEM DISCRIMINE *possunt; Non enim fieri potest, vt tot rerum Naturalium differentiæ ex Figuris re* siue ἐνεργείᾳ *comprehensis, nascantur. In vnâ quâque autem Figuratione simpliciter Infinita sunt Corpora Indiuidua, differentiis autem non sunt Infinita, sed eò duntaxat quod re non percipiuntur*, INFINITA; Imo nec etiam queunt vsurpari vel acutissimâ oculorum acie, quod post Epicurum canit Lucretius.

Non sunt Infinitæ Atomorum Figuræ; dicuntur autem ab Epicuro Infinitæ eò duntaxat quod ἐνεργείᾳ siue *re* comprehendi queunt.

Non possunt cerni rerum primordia siue Atomi.

Quod nequeunt oculis rerum primordia cerni;
Accipe præterea, quæ Corpora tute necesse est
Confiteare esse in rebus, NEC POSSE VIDERI.

Nec in his longiùs immorandum; Quidquid περὶ ἀοράτου *de inuisibili* Atomorum Corpusculo nobis obtrudere valeant; Vt vt sit, non repugnat, quominus Atomi, quantùmuis exiles, statis ab Naturâ Figuris diuersimodè donentur. Ex harum porrò Figurarum ità diuersarum coalitione, omnia, quæ

contuemur in rerum Naturâ vbique locorum conſtituta, Corpora affabrè compinguntur Corpora enim iuxtà Epicurum Συγκρίσεις *Complexiones* duntaxat exiſtunt. Ea-proprer Atomi definiuntur ab ipſo eodem Epicuro Ἐξ ὧν αἱ Συγκρίσεις πεποίηνται, EX QVIBVS CONCRETIONES FACTÆ SVNT. Heinc genuina Eſſentiarum & cuiuſuis οὐσίας Definitio; Imò ipſius οὐσίας vis omnis ac Δυνάμις, aliud eſt nihil præter SITVM ET FIGVRAS primorum ſeminum ſiue Atomorum. Heinc etiam Alterationes, Corruptioneſque nihil pariter ſunt quàm Motus locales τοπικούς. Heinc demùm Generationes prorsùm omnes, penes Democritum nihil ἁπλῶς ſunt aliud quàm Ἀτόμων συστήματα καὶ συγκρίματα *Atomorum conſtitutiones & concretiones.* Quodquidem ſexto Metaphyſicorum libro, vtcúnque & præter morem, laudans Democritum, teſtari videtur Ariſtoteles καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρό[illegible]όν λέγει Δημόκριτος, ὀρθῶς ἀδύνατον γὰρ εἶναι φησιν, ἐκ δύο ἕν, ἢ ἐξ ἑνὸς δύο γενέσθαι. τὰ γὰρ Μεγέθη τὰ Ἄτομα τὰς οὐσίας ποιεῖ. Proindeque Forma quælibet, ſecundùm hos Atomorum Aſſertores, eſt ſolùm Complexio Totius: Cuius item Diſſolutio citrà ortum atque interitum Totius vel alterutrius partium fieri debet.

Quid Eſſentia? quid Generatio, Alteratio & Corruptio iuxta Democritum?

Neque autem ſimplices ità ſunt, prorſuſque informes & ab omni ſpecie ac Figurâ vtique deſtitutæ Atomi, vt ſui vndequáque ſimile Corpus nec-non vnius-modi ſint ſortitæ. Atomi enim Figuris diuerſimode ſunt variatæ; Namque Læuibus, Aſperis, Hamatis, Vncinatis &c. Corpuſculis concreta fuiſſe omnia interiecto duntaxat Inani docuere.

Verbi gratiâ; Σύνωσις, inquit Epicurus, τῶν Σκαληνῶν καὶ Ὀξυγωνίων τῶν ἐν τῷ ὕδατι, *complexio Scalenorum & Acutorum Angulorum Aquæ Naturam constituit.* De his quoque Figuris quatuor Elementa conformantibus, multa ac varia Plato suis promiscue in Dialogis, & potissimum in Timæo, quem Proclus doctissimis Commentariis illustrauit; Profectò varias Figurarum species sibi volunt Atomi; Quòd inculcat vester Titus secundo de rerum Naturâ libro.

Quare etiam atque etiam simili ratione necesse est,
Naturâ quoniã constant, NEQVE FACTA MANV SVNT
VNIVS * *ad certam formam Primordia rerum,*
DISSIMILI *inter se quædam volitare Figurâ.*

* Quòd suprà refutauimus necessariis & certissimis demonstrationibus.

Iccircò Atomi, præ vario Figurarum discrimine, aliæ concitatioris, aliæ verò tardioris sunt Naturæ. Heinc tardum oliuum cunctari sustinet idem Poëta,

Lucret. lib. 2.

Aut quia nimirùm maioribus est Elementis;
Aut magis HAMATIS *inter se, per quæ plicatis.*

Quæ porrò Esui aut Potui grata ac iucunda sunt; sicuti Lac aut Mel; ob Læuorem Atomorum, ità sunt.

Lucret. Ibid.

Hoc facile agnoscas è Læuibus, atque rotundis
Esse ea, quæ sensus iocundè tangere possunt.

Rursùm Acria, vel Austera, Amara vel Aspera, qualia reperiuntur Absinthium & Centaurium, sapore quodam fœdo propter Hamatas, vt sibi suadet Epicurus, Atomos, vocatque ἀγκιστροειδῆ Corpuscula, pertorquent ora libantis cuiuslibet, nedùm esitantis.

Lucret. Ibid.

At vero quæ Amara atque aspera cumque videntur,
Hæc magis Hamatis inter se nexa teneri.

Pariter & istuc quoque.

At contrà quæcunque molesta atque Aspera constat,
Non aliquo sine Materiæ squallore reperta est.

Constat igitur Epicureas Atomos, si qua sit vlla, *Ὁμοιομερὺς parilis substantiæ*, Anaxagoricis Homœomeris penitus aduersari. Atomi enim aliæ sunt Quadratæ, Cylindricæ aliæ, Conicæ aliæ, aliæ Sphæricæ, Romboideæ, Trapezoideæ &c. Quod quidem facile est dignoscere ope Engyscopij. Putà ex variis, iisque minutissimis, Salium Speciebus varias variarum Figurarum differentias consequutis. Quod item confirmare videtur diutina Formarum in Salibus latitantium experientia Chemica. Quodque te, Mi GASSENDE, in Laboratoriis expiscatum fuisse & vltrò concessum iri non ambigo. Omnis propè-modum ab insito Sale (nec isthic loci abutor voce Chemicorum) proficiscitur Forma, *Humanam*, vt quæ à Deo sit, semper exceptandam, vel ipsis Epicureis demonstraui. Heinc, vt paullò antè adnotaui, diuersimodè ningit & grandinat, quùm diuersimodè Figurantur Nix & Grando. Imo verò Nitrum, Alumen, sal Ammoniacum, Alkali, & varia alteriusmodi Salia priuam & statam ab Naturâ Figuram ac Speciem sibi iugiter sumunt. Ast quo modo? quâue ratione? Superiùs sat est enucleatum. Cæterùm mihi iam incumbit solùm, ne quid intactum præter-lapsus fuerim, primas Figurarum omnium origines, seu *ἀρχικὰς τυπώσεις*, quod antè me, quantùm possum memorare, præstitit nullus, Menti subiicere. Nec in his diutiùs immorandum.

Variæ Atomorum species.

Vnde variæ species Niuis & Grandinis.

Mea enim refert, vt qui sim Epicurea deliramenta diluturus apprimè, hùc attexere genuinas Figurarum Atomis inustarum Rationes.

De primigeniis Atomorum Epicurearum, imò rerum fermè omnium Figuris.

Si quibusdam Figuris signentur Atomi, vel refragantibus Epicuro Lucretioque, creatas eas ab Deo fuisse Liquidò constat.

SAnè quantò magis ac magis Mente adductiori diuinas Brimigeniarum Figurarum Rationes ac Idæas voluto, MI-GASSENDE, tantò satiùs congruentiúsque habeo perspectum, quod hìc mearum sit Partium, Rem totam, vt clariori patescat modo, à Carceribus ad Metas percurrere. Enitar igitur, hæc scitu adeò difficilia Epicureorum Ramentorum, imò Figurarum omnium principia patefacere, nec non inuisi Geometræ (absit verborum ὑπερβολὴ *hyperbole*) Arcana ferme singula, quæ Magni, penés institutum, sat scio, fore momenti, vltrò pandere. Iccircò ne difficultas intercedat vlla, constet, necessum est Perfecta Imperfecta longè antegredi. Imperfectum porrò illud est quod à Perfecto quadamtenùs deflectit, nec ei vtique conforme est. Quin etiam ipsissimum τὸ Perfectum est, quod à se τὸ Perfectum vtique & ἁπλῶς existit. Verùm quæ existunt à se, antecedunt ea omnia, quæ in aliis & ab aliis sunt. Simili ratione, quæ omnibus suis numeris absolutam sortiuntur Natu-

ram, anteſtant ea quæ priuationibus informia deturpantur. Propterea igitur Corporis participes Figuras, infimiſque his Materiei ac vltimâ Atomorum ſaburrâ ſquallentes, antecedunt Figuræ Corporis expertes, ſimplices, omnem in ſe Perfectionem continentes, à ſe exiſtentes & cunctis abſolutionem Formarum erogantes Non ſolùm enim ob Mentis operationẽ & præciſionem noſttis Animis hæ manent altiùs repoſitæ, verùm etiam à ſe ipſis vtique ſubſiſtunt; Amabo enim? Vbi-nam rerum ipſiſſima per-ſe Veritas, Certitudo, Harmonia, Pulchritudo, Iuſtitia, & Menſura ſiue ordo Figurarum, in iis, quæ per Abſtractionem ſubſiſtunt, incolumis ſeorſim perennıſque ſeruari poſſet? Scilicet ea prorſum omnia, quæ ſub ſenſus cadunt, ab ipſiſſimâ, purâ putâ & ἁπλῶς ſimpliſſiſſimâ per-ſe Figurâ & Menſurâ ſiue Idæâ profecta deflexere.

Aſt, dic ſodes? O Epicure! Vndenam res quæ in vniuersâ rerum Naturâ verſantur, ſui Ordinem Menſuram, Perfectionem, Statum, Harmoniam, atque Conſenſum ſortiuntur? Quid tibi vis? Reſpondeas; Num ab tanto illo tuo Vacuo? Iocaris Sophiſtarum ineptiſſime. Vacuum ex te merum Nihil; Nihili porrò nulla vis; Ab eo igitur iſto tuo Vacuo nulla ἐνεργεία, proindeque actio penitus nulla. Num verò ab rebus ſenſu præditis? minimè; Nundùm enim exſtiterant; vt potè ex Atomis tuis cuiuſuis ſenſus planè expertibus compoſitæ ſunt & conſtitutæ. Num demùm ab eo quod non eſt, ſiue ab ipſiſſimo ἁπλῶς *ſimpliciter* Nihilo? fortaſſe-an; ad hæc

es iterùm istud idé responsurus. O Anilitatum absurdissimam! Deliras cum illis tuis Sectatoribus; Heinc Diuus Augustinus Epistolâ de Curiosis Quæstionibus scripsit & apprimè, *Epicureos apud* INDOCTAM *duntaxàt Multitudinem excellentiore quâdam authoritate viguisse.* Num denique ab τῆς Intelligentiæ Participe, Res, quæ in vniuerso degunt, Consensum, Harmoniam, Statum, Perfectionem, Mensuram & Ordinem sui accipiant & mutuentur? velis, nolis, fateare tandem necesse est. Est ergò antè Figuras sensu perceptibiles, Immota, Intelligens & per-se subsistens quædam Forma, siue summa omnium Figurarum Quantitatis expers Figura; Imò Increatus & Inuisus Geometra: nec-non à se ipsâ & per-se Mensura rerum omnium; nempè diuina Figurarum Ratio, siue DEVS. Etenim docetur communis Fossilium, Stirpium & Animantum Natura, quin etiam docemur nos omnes, cunctas has Figurarum vt & Scientiarum Artiumue πρόληψις, ab Occulto illo Geometrâ, ab intimo Magistro, &, vt loquitur magnus Augustinus, AB INTERIORE CHRISTO. * Nimirùm hic iste Doctor planè diuinus, Cælesti duntaxat auxilio fretus & acutiori, quàm Academiæ Princeps Mentis vi, suis passim in operibus Sublimia hæc & parilia τῆ Veri ὑπομνήματα non exposuit modò, sed clarissimis & certissimis rationibus confirmauit.

Est inuisa & immobilis per se quædam Figura siue summa rerum Idæa, siue vt loquuntur, Platonici primigeniarum Figurarum Occultus & summus Geometra.

* *Augustinus lib. de Magistro, & aliis promiscuè in operibus.*

Igitur apage tot Epicureorum ineptias, MI GASSENDE; prætermittas, quæso, nec abs re & citrà rationis vim ac momentum tot & tam va-

rias

rias Atomorum Additiones, Detractiones, Clinamina, Collisiones, Appositiones, Obliquationes cæterasque id genus motationes, Figuras sensu perceptibiles in lucem edentes ac producentes. Videre-licet iuges illi & perpetui Atomorum Motus, quùm sint adeò imperfecti, temerarij & fortuiti, Figuras certas, statas & ordinatas concinnare & absoluere minimè possunt. Additione namq; Atomorum vel Detractione, vel Clinamine, &c. Forma extraria & *Συμβεβηκῶς per Accidens* oriri potest, non autem certò determinata & constituta. Hæ porrò mutationum ab Epicuro confictarum species variæ ipsis rerum generationibus valent opitulari: perfectionem verò ab occultis primigeniarum Figurarum Exemplaribus, & vt aiunt, Caussis & Prototypis mutuantur. Quid prosint Atomorum Motationes?

Cæterò ab externis & conspicabilibus rerum Imaginibus & Figuris conciti & summoti procudimus internas Rerum, Artium & Scientiarum Rationes, quæ aliarum imagines existant. His porrò elicitis rerum Imaginibus, Materiæ participes & externas Figuras atque Notiones comparamus, subindeque Materiæ penitus expertes, diuinas & Menti præsentes Idæas vtcúmque dignoscimus. Nimirum nobis quasi obstetricantur exteriores rerum Figuræ ac species, vt excipiant emergentes, se seque propagantes, quæ intus latitant, harum rerum Rationes. Quemadmodum autem Natura operando perceptibilibus Figuris dominatur, eodem sanè modo Anima penes *Διανοητικὴν intelligentem* sui Quomodo ab Sensibus pendeant Artes & Scientiæ?

Partem agendo, edit in *φαντασίᾳ vi imaginante*, tanquam in speculo Figurarum rationes. Has vero rationes commetitur diuina Forma Menti cuique intima, siue Vnitas per-se & Vniforme rerum & Figurarum omnium Principium, ad quod cuncta iugiter se se reflectunt & necessariò conuertuntur.

Quâ ratione Anima res omnes edocta se se reflectens operetur?

Anima insuper extrà se & in *φαντασίᾳ imaginatrice vi*, adumbratas & rudes contuita Figuras, ipsarum Pulchritudinem, Numerum, *ἀναλογίαν proportionem* & Ordinem quæritat, nec-non apud se percunctata Rationes, à quibus hæc fuerint orta, demiratur. Verum-enim verò magnopere affecta Anima hanc, quam mirata fuerat Pulchritudinem, tanquam Materiei sordibus conspurcatam linguens, & in se se illicò conuersa primigeniam & internam suam Pulchritudinem reuisit; id est seipsam in se reflectens Circulum *ἁπλῶς* & Triangulum per se, imò omnes Figuras simul, & citrà diuisionem penitus vllam, solo Mentis lumine contuetur. Vt potè, interno summæ illius veritatis splendore cuncta *ἁπλῶς simpliciter* vsurpat Animus; Proptereáque Multitudinem in vnum contractam, Triangulum instar Puncti & Circulum admodum Centri, demúmque quamlibet aliam Figuram diuisionis omninò impatientem contemplari gestit. Siquidem Figurarum ratio in Animâ, vel *ἁπλῶς simpliciter* in Deo, non est extensa, sed in Solâ, quamdiu Formæ illi insideant, rerum Materiâ. Quin etiam omnis, quæ ab alio cietur & concinnatur, Figura Partitionis capax est: quæ ve-

rò à se est, Diuisionis expers existit; existit enim *ἁπλῶς simpliciter.*

Certissimè veluti Animus Naturæ operationem, sic Natura Corporum motationem suscipit, determinat & perficit; Quin etiam antè Corpus, Naturam, & Animum, Mens Animi conuolutiones & discursus mouet, dirigit & commetitur. Commetitur tandem, dirigit & mouet Mentis vitam illud ipsum quod est omnium Mensura nempè τὸ VNVM PER SE & summum illud QVOD EST. Terminantur enim Res pleræque ab τοῦ Vno, non secùs ac Solidum à Superficiè, Superficies à Lineâ, & Linea à Puncto finitur. Qui quidem Punctus rerum omnium Terminus consistens, Principij rationem vtique sortitur.

Quare hic est necessarius Figurarum Ordo; Ars circa Figuras Naturam imitatur, Natura subest Animæ, Anima Mentem exprimit, Mens denique Figuram & Harmoniam per-se, nẽpe vnitatem, & vno verbo Deum contemplatur. Verùm Figura, Harmonia & vnitas per-se, vt vna eademq; Res, cuncta commetitur, Figurarum est cõmunis Regula, & vniuersa Numerorum Mensura, supremaque rerum Symmetria. Ab hoc vniquo fonte omnia confluunt. Siquidem illud à-se τὸ Vnum, τὸ Verum, τὸ Pulchrum, τὸ Bonum, & τὸ Iustum, imò ipsa ab-se Figura, & Harmonia, Mentibus adest ἁπλῶς & præstantiori modo; Mentes vero Animis dominantur illustriori ratione; Animi deinde Naturis motum & vitam præbent: Naturæ tandem Artibus quæcunque ideonea necessariaque impertiuntur. Pro-

Quis sit ordo Figurarum in lucem edendarum & editarum.

indeque Natura Arti praeest, haud aliter quàm Mens Naturae, vti & suprema rerum Vnitas Menti antecellit. Ea propter his ritè intellectis, concludamus oportet, aliquam Figuram per-se, Materiae expertem, citrà vllam Dimensionem Menti praeexistere, sicuti Mentem Animae, Animam Naturae & Naturam Arti. Concludamus item Materiae & Naturae vicibus Figuras omnes Diuisionis penitus capaces sensibus planè subiici, & quocúnque simul ac vsquequâque exporrigi; contrà verò Figuras Animae & Menti insidentes Vitae plenas, per se se actiuas, Diuisionis vllius impatientes, vniformes ἁπλῶς, Ignotas quadamtenùs, Indiuiduas penitus, in vnum contrahi & terminari. Concludamus denique Figuras vti & Numeros omnes perfectissimo modo (si quis posset in Deo concipi modus) à Deo exprimi & conformari. Namque Figurae ab ipso Deo nihil alienum *τὶ quid*, in ipso Deo absolutè non existunt. Verbi gratiâ, Circulus in se se ἁπλῶς conceptus non potest diuidi. Res enim in suo τῷ ἐστὶ ἁπλῶς praeciso & abstracto, quales in Deo sunt, simplices subsistunt, Indiuiduae, & vt paucis complectar, purus putus ACTVS. Quidquid enim in Deo est, Deus est. Ab eo enim Optimo Maximo omne Verum, Bonum, Pulchrum, & Iustum penitus emanat.

Figura visibilis ab inuisibili suam Essentiam mutuatur.

Heinc ea omnia, quae Naturâ discreta sunt inuicem, in Intellectu sunt vnita & quasi cohaerent. Heinc vniuersae rerum Formae ab Deo in Mentem, ab Mente in Animam, ab Animâ in Spiritum Aetherium, siue penes vetustissimos Gentium Mystas, in Iouem, & ab Spiritu Aetherio in Atomos siue

Materiem facessunt. Heinc deinde affictæ ab Epicureis Primigeniæ Atomorum Figuræ, & Formæ illæ ipsi Peripateticorum Materiei succrescenteis. Heinc demùm Academici docuere Supremum Mundi Opificem Polis assidere, suoque diuino Amore vniuersum ad se se conuertere. Et quoniam Materia quæuis ab illo rerũ Moderatore Formas, Species, Figurasue omnes recipit: ab Pythagoreis Poli Massæ vniuersæ Atomorũ, SIGILLVM RHEÆ nuncupantur. Quippè hoc Diuino & Occulto per-se Sigillo, omnibus omnis generis Figuris ac Formis Signatur Rhea siue Materies ac fluxus perennis Atomorum. Proptereáque Centrum Mundi vocitatur ab iisdem Pythagoreis Διὸς φυλακὴ *Iouis custodia;* Siquidem vim Ποίητικὴ *Opificem* in Mundi Centro siue Ætherio Iouis Spiritu, quem Centrum Mundi autumabant, Iupiter collocârat; Hoc enim Iouis Centro manente, stant omnia suum custodientia ornatum, id est, suas omnes Formas, Numeros ac Figuras constanter possident & tuentur.

Quid Sigillũ Rheæ? quid Iouis Custodia?

Cocircà rerum Essentiæ suas à Sensibus non mutuantur Rationes: Non item ab priuarum Naturarum collectione; Primigeniæ namque rerum Formæ ante Materiem siue Atomorum ac Ramentorum Epicureorum saburram subsistunt. Quòd sanè ex ante-dictis patescit. Imò Figuræ primùm ministerio Sensuum præstò animis sunt: Siquidem Circuli, Trianguliue Figuras Materieri seu Atomis insidentes ab Sensibus accepit Anima. Rationes verò Triangularis aut Circularis Figuræ, ab

Figurarum Essentiæ siue definitiones, non à Sensibus aeque à Naturis priuatis proficiscuntur.

inuisâ illâ Formâ & Figurâ, quæ summa harum Regula, siue supremum Formarum exemplar cuique Menti præsens adstat, Corporeis dumtaxat Figuris concitus Animus mutuatur. Namque sub Sensus minimè cadit Mathematica Figurarum & Numerorum Ratio; non ergò ab Sensibus Vniuersa Ratio Figurarum hausta fuisse quita est. Non potest enim Sensibus vsurpari Æqualitas siue Ratio Linearum à Centro Circuli in ambitum pertinetium. Neque etiam vi sensuum ipsa Numerorum Ratio percipitur; Etenim citrà Mentis operam subsistunt Numeri Plani Arithmetici; Verbi Caussâ, Numeri illi, quos inter habetur Numerus Quadrangulus Regularis qui respondet Parallelogrammo Geometrico, reuerâ & nullâ Mentis ope suas sortiuntur Rationes. Has porrò non sibi sumunt ab Materiâ, neq; insuper ab Sensibus dignoscuntur. Vnica quippe Mens potens est eas ipsissimas Figurarum & Numerorum Rationes, qualeis reuerâ sunt, consequi ac discutere.

Numeri & Figuræ rationes citrà Mẽtis operam reuerâ subsistunt.

Profectò, quis vsquam vidit Soliditatem Numeri? Numerandas Vnitates potest quis oculis vsurpare, non autem Rationem Numerandarum Vnitatum. Verè tamen & citrà Mentis operam subsistunt Rationes Numerorum & Figurarum. Scilicet citrà Mentis operationem Numerus Solidus est, cuius omnes & singulæ Vnitates ità porrectæ sunt in Longum, Latum & Profundum, vt præ se ferant speciem Solidi Geometrici. Caussa est cur vocetur SOLIDVM, quià certò, clarè, necessariò, & semper à nobis cognoscitur, nec affingitur suppo-

fititio Mentis opere, sub Trinâ Dimensione, Longitudine, Latitudine & Soliditate. Quin etiam Solidorum Arithmeticorum non secùs ac Geometricorum variæ sunt species, Cylindrus, Pyramis, Cubus, Sphæra, Parallelipedum, & cæteræ id genus Infinitæ. Quæ quidem Figuræ penitus omnes in Materia non autem à Materiâ subsistunt. Exprimuntur enim in Materiâ ab Ignotâ & per-se subsistente, Materiæ & Quantitatis vllius experte ἁπλῶς Figurâ.

Figuræ in Materiâ, non autem à Materiâ subsistunt.

Nec ea, quæ huc vsque fui molitus, tam scitu difficilia sunt, quàm quæ ab rudioribus percipi nequeant. Et quoniàm exemplo tam est hæc Figura quàm illa; Estò, MI GASSENDE, Scis Parallipedum esse Figuram, cuius oppositæ Baseis sunt Parallelæ, subindeque Æquales, cuiusque tot sunt Species, quot Parallelogrammorum. Scis item Arithmeticum Parallipedum respondens Geometrico ab Euclide definiri Numerum conflatum ex multiplicatione trium Numerorum: adeò vt tres Numeri se se mutuò multiplicantes vices sui ipsius Laterum obeant. Cuiusmodi est Numerus XXIV. Cuius Latera sunt II. III. IV. Hoc est qui à nobis hoc modo concipiatur, sub tribus quasi Lineis, quarum vna sit Binarius, altera Ternarius, tertia Quaternarius. Scis denique Vnitatem in Algebrâ dici *linearem Quadratum & Cubum.* Cæterò Vnitas non est Numerus, sed Mensura Numerorum: Μόνας autem siue Vnitas est Cubus, Vnitatis, vt pote semel I. semper est, I. quo subducto, &c.

Citrà Materiem & Atomos, subsistunt Figuræ & Ratio numerum.

Quo-circà, quis sanè, ex sententiâ, his à me demonstratis hactenus ratiociniis posset meritò refragari? Quis, inquam, apud se statueret illas ipsas tot Figurarum & Numerorum Rationes ità certissimas, necessariasue, ab Materiâ & quâuis vniuersâ Atomorum huc & illuc, iuxtà Mentem Epicuream, palantium Saburrâ quàm alienas Subsistere minimè posse? Cedò; vtrùm immotæ & constantes continuò maneant vniuersæ rerum Rationes, nec-ne? vtrum Fluxę & Caducę Res sensu perceptibileis semper fatiscant, nec-ne? Pro Demonstrato autem est, quod euidentis & necessariæ cognitionis constituitur Caussa, certius quid in se esse, eo quod vanæ & futilis perceptionis habetur Principium. At-enim aliud non est Principium, alia non est Caussa huiusce certissimæ Figuratum & Numerorum Cognitionis, quam Dialectici *Demonstrationem* appellant, nisi Mens siue Anima. Namque Sensus omnes ab omni fermè Demonstratione quàm alieni, circà Res vniuersas, vt quæ sint Demonstrationum siue scientiarum planè genitiuæ, cæcutiunt prorsum & hallucinantur.

Ab primâ per se veritate, nempe Deo rerum, Figurarum & Numerorum Rationes Animus mutuatur,

Quibus de Caussis, necessum omninò est Animum ab se, aut ab vi *Διανοητικῇ intelligente*, aut à se & à Mente simul, Figuras rerum atque Formas eximere. Verùm non à se, siquidem Primigenia omnium rerum Exempla non Format, &, vt ita loquar, non gignit Animus. Ast non secùs ac Oculus percipit lucem à Sole diffusam: Ità prorsùm Animus ab ipsâ per-se veritate expressas rerum rationes contem-

contemplatur. Quare Platonici ſic effantur, MENS CVNCTA INTELLIGENDO COGNOSCIT, ANIMA VERO CVNCTA ANIMANDO PERCIPIT. Vt pote, illa per Exempla & Regulas: Hæc per Species & Idola; vna contrahendo, altera diſtinguendo meditatur. Huc cedit & quàm appoſitè quod Plato Animam omnibus Mathematicis Formis illuſtrem & concinnam ſancire videatur. Numerorum enim, Proportionum, Figurarum & Harmoniæ Rationes Primigeniæ, Mentis vicibus, ipſi Animæ inſidenteis ſatis ſuperque comprobauit. *Mathematicæ ergo* * *Rationes, primùm in ipsâ ſunt Animâ; Et antè Numeros, Numeri qui per ſe mouentur: Et antè apparenteis Figuras, Figuræ Vitaleis* Ζωτικαὶ*; Et antè ea quæ concinnata ſunt* Ἁρμονικαὶ *Rationes;* ET ANTE CORPORA QVÆ CIRCVLARITER MOVENTVR, INVISIBILEIS CIRCVLI *producti ſunt. Horum omnium fæcunditas ipſa eſt Anima; Et iſte Numerorum,* FIGVRARVM *& Harmonices Ornatus alius planè eſt, qui ſe ipſum producit, & à proprio producitur Principio vitali cognitione ſe ipſum explet,* ET AB OPIFICE SINE CORPORE ET CITRA DIMENSIONEM EXPLETVR. *Et quum ſuas exprimit Rationes,* TVNC OMNEIS PATEFACIT SCIENTIAS, ATQVE VIRTVTES. Hæc eſt Germana Platonis Sapientia, quam qui ritè ſapuerit, in veritatem Chriſtianam, penes Auguſtinum, vtcúmque quadrare non inficias ibit.

Vide Platonem paſſim in Dialogis & præſertim in Timæo.

* *Ità Iycius Platonicus* in Euclidem.

Formę, Numeri & Figurę rerum. imò omnia tam prætetita quàm præſentia & futura, ἁπλῶς in Deo, tanquã Archetypo iuxtà Platonicos & Chriſtianos.

Haud diffiteamur igitur Figuram quamlibet ſenſibus perceptibilem, ſiue Atomis Epicureis, ſiue Materiei peripateticæ inſidentem ab Inuisâ, nec-

non Materiei & Quantitatis experte Figurâ fuisse necessariò profectam. Atomi porrò, penes Epicurum, Figuris multigenis & conspicabilibus inustæ sunt: ergò ab aliquâ sub sensus minimè incidente Formâ. Primigeniæ igitur illæ Atomorum species aliquam sui genituram seu potius Creationem designant. Igitur diuersa hæc, quæ inter eas cessit Signatura siue τύπωσις, non à se, verùm ab alio suum τὸ ἴδ mutuatas fuisse Atomos cuique certò & euidenter demonstrauit. Igitur abs re, & citrà rationem, post Democritum Epicurus Atomos definiuit σώματα λόγῳ θεωρητὰ, ἀγένητα, *Corpora Sola Ratione perceptibilia & INGENITA*; Igitur & à se dissentiens vtique Lucretius quùm increatas & æternas Atomos cecinerit.

Ex eo quod Figuris affectæ sint Atomi necessariò sunt Create, contra Epicureos

Libro 1 de rerum Naturâ ——— *Æternaque Materies est.*

Subindeque variis affectas eas Figuris laudat,

Libro 2. *Inuenies tamen inter se distare Figuris.*

Verùm agnoscas, quæso, MI-GASSENDE, quâ fatuitate ineptiant vestri illi Epicurei; Fac, resipiscant; Esto, quod variis, vti sibi suadent, Figuris signatæ sint Atomi? Oppidò recens exoritur contradictio. Quod quidem demonstratu est quàm facillimum. Ne quid te remorer. Ades-dum? Quis & qualis Epicureus sis; Atomus eò quod sit Atomus, quæro à te, num aliquam valeat sibi sumere Figuram; nec-ne? Si fateare, tibi obstas. Etenim Atomus Figuris affecta, foret Diuidua simul & Indiuidua; Quod claram inuoluit contradictionem; Atomus autem esset & non esset simul. Ex Hypothesi au-

tem quod Atomus affecta foret quâdam Figurâ, sanè Quantitate quâdam affecta foret illa ipsa Atomus: Quare Diuidua foret Atomus, nō autem Indiuidua. Quomodo ergò Atomus? Quin imo, tota Diametrus Atomi Cubicæ, æqualis penitus esset Lateribus: & Diameter Circuli æqualis esset Circūferentiæ; Quod impossibilium omninò est. Cæterùm concedatur Atomus Cubica, vel Pyramidalis; sic autem dissero. Si Cubus Epicureus est Diuisibilis non est Indiuisibilis: si non est Diuisibilis est Indiuisibilis; quæ quidem propositio, iuxta Logicos, *Conditionalis est.* Porro *Causalis* altera hæc ista est, *non Affirmantis Totius, sed Negantis:* Non Indiuisibilis est Cubus Epicureus, quia non Diuisibilis est; Indiuisibilis est Cubus Epicureus, quia non est Diuisibilis. Quæ quidem ratiocinij Lex Dialectica, totam Epicurei Sophismatis repugnantiam Menti subiicit.

Demonstratio quâ patet Atomos non esse Figuratas, contrà Epicurum.

Huc pertinet, & quàm aptissimè, lepida, in Epicureos, Procli Lycij Cauillatio. Sic enim circà isthoc, quod hùc adiecimus, Theorema, ridendo dicere verùm contendit.

OMNIS TRIANGVLI DVO LATERA, RELIQVO SVNT MAIORA, QVOMODOCVNQVE ASSVMPTA.

Libro 3. in Euclidem.

P*Ræsens Theorema pugnare quidem Epicurei soliti sunt; Tum* ASINO *clarum exploratumque esse dicentes: tum etiam nullâ egere probatione. Similiter & Ignari prorsùm esse ea, quæ manifesta sunt probatu digna arbitrari, occultioribusque per se fidem præstare. Qui nempe hæc con-*

fundit ; Indemonſtrabile , Demonſtrabileque manifeſtè ignorare videtur. Quòd autem ASINO *ſuperiùs Theorema cognitum ſit, oſtendunt ex eo, quòd Herba in altero Laterum extremo poſita,* ASINVS *pabulum expetens, vnus Latus peragrat, non autem duo.*

Quid rides? ô Epicurée! *mutato Nomine, de te Fabula narratur.*

Aduerſus hæc itaque dicendum, quod præſens Theorema Senſu quidem manifeſtum eſt, non autem & Scientiam gignante Ratione. Multis nempe hoc accidit rebus; Exempli ergò. Ignis calefacit : hoc quoque ſenſui indubitatum eſt; Aſt quonam modo calefaciat conuincere Scientiæ officium eſt; Vtrùm incorporeâ vi? AN CORPOREIS SECTIONIBVS? *Sphæricis, an Pyramidalibus? Rurſus quod mouemur ſenſui eſt perſpicuum: quomodo autem moueamur, Ratione docere difficile eſt. Vtrùm per impartibile? An per interuallum? Quomodo autem Infinita percurrimus, ſiquidem omnis Magnitudo in Infinitum diuiſibilis eſt? Sit igitur hoc quoque, duo Trianguli Latera reliquo eſſe maiora, ſenſui manifeſtum eſt; Quomodo verò hoc fiat, dicere ad Scientiam ſpectat; Verùm etiam aduerſus Epicureos hæc dicta ſint ſatis.* Hactenus igitur abſurdiora Epicureorum Σοφίσματα argutè & ſagaciter riſit Platonicus Philoſophus ſuo in primum Euclidis Commentario.

Procli Platonici Cauillatio aduerſus Epicureos.

Quid plura? ſi continuum omne ſolis Atomis ſiue Indiuiſibilibus foret conflatum, finitis conſtaret Partibus non autem infinitis. Circumſcriberentur omnia Figuris minimè diuiduis; Demùm rerum Indiuiduarum ſiue Punctorum daretur Situs; Et vno

verbo Diuisibile non longius & amplius esset Indiuisibili. Quin etiam omnes Atomorum Figuræ similes forent; siquidem Laterum vel Angulorum Ratio foret eadem: alioqui hæc maior foret alterâ, vel minor Ratione excessus vnius vel alterius. Quare secabilis foret hæc vel illa Atomus Ratione excessus. Quæ omnia itidem Epicureorum Commenta sibi inuicem quàm maximè aduersantur, & in implexas, quod vel Rudioribus vestigatu perfacile est, deflectunt Contradictiones. Epicurei Placiti Contradictiones.

Hactenus autem cuncta Ordine, quæ docuerit Epicurus, Placita, prout germana sibi vult rei Natura, sum persecutus. Iam verò ea ipsa, quæ in me incessit præsentis Instituti Ratio, Animum vtcúmque cogit, ad Coronidis huicce Operi imponendæ modum, diuersas Atomorum Motationes exactiùs discutere, dilucidiùs exponere & fortiùs tandem impugnare. Ea-propter, quâ Ratione Atomi, quas adnotauit cum Lambino Gifanius, ab Lucretio minimè hac in parte Græcissante, vocari, Corpuscula, Elementa, prima Principia, Corpora prima, Primordia, Corpora cæca, Materiem, Materiai Corpora, Corporaque Principiorum, moueantur; Quibus, inquam, modis huc vel illuc, instar minutissimorum Puluisculorum ad Solis radios vagantium iactitatorum-ve volitentur; Tandemque quo adnisu ex se se Corpora, quæ in rerum Naturâ versentur, aliquid potis sint creare, breuibus, haud aliter quàm præstiti antehàc, sum explanaturus. Varia Atomorum ab Lucretio conficta nomina.

De variis Atomorum Epicurearum Motationibus, earumque Θέσεως siue Situs ac Positura differentiis.

MInimè mirum esse debet, si quod Epicuro, Democrito & multò antè, Moscho Sidonio Συγκρίσις καὶ Διάκρισις COMPOSITIO & DISSOLVTIO duntaxat fuit: aliud nihil, quàm CHAOS & MENS Anaxagoræ; Parmenidi FIGIDVM & CALIDVM; Zenoni AGENS & PATIENS; PAR & IMPAR Pythagoræ; LIS & AMICITIA Empedocli; Hippocrati IVPITER & ORCVS; Chaldæis LVX & TENEBRÆ, pariter ac MATERIA & FORMA Academicis, Peripateticisque planè videatur. Etenim Epicureæ, quæ Naturam attinent, Propositiones, citra Vacuum & Fortuitum Atomorum Ingenitarum, sicuti sibi finxere, Concursum, ad omnia veterum horum Sapientum Principia se se penitus accommodarent. Imo verò adæquant se se omneis fermè τῶν παλαιῶν *Priscorum* Scientiæ: Mutato namque rerum Nomine in vnum eumdemque scopum collimant. Præter Inanitionem fictitiam, & increatas, quas hactenus diluimus, Atomos, peculiare nihil sibi conciuit Epicurus. Hoc tamen ex prædictis patet, quàm stultè ab Epicuro factum. Quod quidem, ne posset euadere in magnum aliquod non paucorum Homuncionum malum, pro virili enixus sum, datis in Epicureos huiusce Dissertationis vindiciis, non diffamare modò, sed & penitus frugi cuique interdicere.

Eccos autem & qualeis sibi Motus, ope solùm Vacuitatis, possent Atomi sibi sumere? Vndenā tot Ἀτόμων Δινοὶ *vertigines Atomorum*, vniuersam Naturā cientes, quas quidē Cartesij vortices æmulari omnimodè videntur? Vt vt sit, citrà Mentem quam præsumpserat Anaxagoras, & vim summæ rerum intelligentiæ compotem per τὸ ὅλον *vniuersum* diffusam, tot Atomorum Motationes in communem totius mundi Ordinem, Consensum & Hamoniam desinenteis constitui & percipi nullo modò queunt. Namque Complexiones, siue, vt loquebatur Epicurus, Περιπλοκαὶ, Copulationes, Adhæsiones, Directiones, Declinationesque Atomorum inter se, tot Formas, tot Δύναμεις *vires & affectiones*, tot Parteis & planè tot rerum omnium Concinnitates temerario sui nisu producere tutari-ve non valent. Quasi verò, Horologium, vel aliud quid Μηχανικῆς *Mechanices* opus, vel potius Ἀυτόματον, temerario & fortuito Rotarum cæterorumque Instrumentorum & omninò Partium Concursu posset absque Opifice coagmentari, perfici, & in debito statu, definitâque Temporis periodo conseruari.

Fortuitus Atomorum concursus Res statas & definitas, suis omnibus Numeris perficere non potest,

Huic porrò meæ Sententiæ suffragatur apprimè Cicero, * his verbis, *Hîc ego non mirer, esse quemquam, qui sibi persuadeat, Corpora quædam* SOLIDA *atque* INDIVIDVA SVA VI ET GRAVITATE FERRI, *Mundumque effici Ornatissimum & Pulcherrimum, ex* EORVM CORPORVM CONCVRSIONE FORTVITA? *Hæc qui existimat fieri potuisse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles vnius, & viginti Formæ Littera-*

* *Libro 2. de Naturâ Deorum.*

rum, vel Aureæ, vel qualeslibet aliquò coniiciantur, posse ex his in Terram excussis, Annaleis Ennij, vt deinceps legi possint, effici: quod nescio, anne in vno quidem versu possit tantùm valere fortuna. Et paullò infrà, *Quod si Mundum efficere potest concursus Atomorum: cur Porticum, cur Templum, cur Domum, cur Vrbem non potest, quæ sunt minus operosa, & multò quidem Faciliora? Certè de Mundo ità temerè effutiunt, vt mihi quidem nunquam hunc admirabilem Cæli ornatum, qui locus est proximus, suspexisse videantur.* O Epicurea deliria!

Atomi præ sui soliditate ponderosæ deorsùm vergunt iugiter.

Porrò, sic fortuitam hanc Atomorum Concursionem imaginatus est Epicurus. Atomus quælibet seorsim considerata est ἁπλῶς *simpliciter* Solida penes eumdem Epicurum; Quare antè hunc istum Democritus διὰ τὴν στερρότητα *propter soliditatem* per Infinitum Inane ferri censebat. Corporum enim alia sunt rerum Semina & Ramenta Naturæ, siue Indiuida Corpuscula, seu Simplices & Solidæ Ἄτομοι: alia verò quæ ex iis sunt coalita & constituta, quæque dicuntur ab Epicureis Συγκρίσεις *Complexiones*. Quod quidem sonat Lucretius his versiculis.

Lib. 1. de rerum Naturâ.

Corpora sunt porrò partim Primordia rerum:
Partim, Concilio quæ constant Principiorum.
Sed quæ sunt rerum Primordia, NVLLA POTEST VIS
STRINGERE; NAM SOLIDO VINCVNT EA
CORPORE DEMVM.

* Apud Laertium in vitâ Epicuri.
Lucret. ibid.

Ex solidissimis enim Atomorum Corpusculis rerum Corpora fuisse composita, hoc effato docet Epicurus * τῶν Σωμάτων τὰ μέν ἐστι Συγκρίσεις, τὰ δ' ἐξ ὧν αἱ Συγκρίσεις πεποίηνται. Heinc idem Poëta, eodem quàm superiùs

ſuperiùs de Naturâ libro, ſic iterùm rem ſibi propoſitam ſtatuit.

Eſſe ea, quæ SOLIDA *atq; æterno Tempore conſtent,*
Semina quæ rerum, Primordiaque eſſe docemus:
Vnde omnis rerum nunc conſtet Summa creata.

Quod quidem ſapuiſſe quodammodo videtur Pythagoras, quùm Materiem ex multis VNITATIBVS id eſt particulis Indiuiduis (haud enim Diuidua ex ſe ἁπλῶς Vnitas eſt) compactam ſanciuerit. Proindeque eam ipſam Materiem appellabat MVLTITVDINEM; Sic autem ille apud Laertium Ἀρχὴ τῶν πάντων Μονάδα; ἐκ δὲ τῆς Μονάδος ἀόριστον Δυάδα; Fortaſſe-an non de Deo hæc Monas intelligitur. Vt pote ex hac Vnitate non conflatur DVALITAS ſiue Materies, ſed omnia ab eâ Infinitâ VNITATE, quaſi Principio rerum & Fine, in eam ipſam tandem deſitura proficiſcuntur. Non igitur ex hac Primâ rerum Vnitate poteſt Componi MVLTITVDO ſiue Materies: Deus enim vllius rei Compoſitionem ingredi nullatenus poteſt; Ἁπλῶς enim & abſolutè purus ACTVS eſt Quare DVALITATEM INFINITAM ἀόριστον Δυάδα ex Indiuiduâ planè Subſtantiâ ſiue ex genitali Atomorum Corpuſculo, nempe ἐκ τῆς Μονάδος conflatam, heìc locorum cenſuit Pythagoras Non ſolùm præ exiguitate ſui, Indiuidua Corpuſcula dicuntur ab Græcis Ἄτομοι, verùm etiam διὰ τὴν στερρότητα *propter ſoliditatem*, quæ itidem præcipuum eſt Denſitatis & Grauitatis Principium. Ideoq; ab Epicureo Tito SOLIDISSIMA ſcitè dicuntur illa Corpuſcula, ſiue Atomi. Propterea que is ipſe conti-

Laertius in vita Pythagoræ.

Effatum Pythagoricũ enucleatur.

nuò per Infinitam Vacuitatem ferri sustinebat.

Lucret. l. 1. *Sed quoniam docui*, SOLIDISSIMA *Materiai*

Lucret. l. 1. CORPORA, PERPETVO VOLITARE *inuicta per Æuū*,

Et GRAVITATE *suâ ferri Primordia rerum.*

Etenim, sic inter se Dissertabant Epicurus & Metrodorus: *alter enim alteri Theatrum fuerant.* Atomus quæuis seorsim concepta & extrà conciliatum, loquor Lucretium, est prorsùm impermeabilis: quippe ipsa mera *στερεότης soliditas* esse videtur. Porrò στερεότητα, siue τὸ SOLIDVM necessario consequuntur τὸ πύκνωμα *Densitas*, atque βαρύτης Grauitas. Quare Densa & Grauis subsistit quælibet Atomus. Insuper, prima rerum Semina, seu Totius Naturæ Primordia vllius ἁπλῶς Compositionis sunt expertia; Igitur simplicissima; Igitur immutabilia siue ἀμεταβλητα, igitur æterna Nemo non fatebitur. Scilicet nihil ab eis dispesci potest; Alioqui non essent Indiuiduę, quod aduersatur Hypothesi Epicureorū, haud enim præcidi sustinet Atomus. Imo etiam, quoniam rerum Primordia existunt Atomi, Dissolui quoquomodo nequeunt; Non enim datur Dissolutio vbi non datur Compositio. His de Caussis Atomi omnes manent solidissimæ, subindeque Densæ & Graueis continuò ponderant; Verùm proprio Grauitatis nisu feruntur per Vacuitatem Infinitam, ideóque iugi & perenni Motu concitantur; Nullum enim Corpus sistere potest Atomos; Præter Atomôs namq; Corpus planè nullum. Neque etiam Vacuum potest; Vacuum namque merum nihil; nihilique nulla vis; Vacuum denique Infinitum.

Epicuri de Motatione Atomorum Paralogismus.

Atomi igitur huc & illuc palanteis, morâ nullâ, indefeſſoque Grauitatis connıſu diuagantur.

Interim, Mi-Gassende, memineris, quæſo, hæc iſta penitus omnia vani Epicuri Sophiſmata ſuperioribus noſtris Ratiociniis, κ̀ Πρόληψιν *per Anticipationem*, fuiſſe refutata. Epicureis autem adductus Paralogiſmis Lucretius ſic iterùm atque iterùm cuiuis hæc imponere velle videtur,

Nam quoniam per Inane *vagantur cuncta, neceſſe eſt* *Lucret. l. 2. de rerum Naturâ.*
Aut Gravitate sva *ferri Primordia rerum*
Aut ictu auferri alterius. nam cita supernè
Obuia cùm flixêre: fit vt diuerſa repente
Diſſiliant neque enim mirum, Dvrissima *quæ ſint*,
Ponderibvs solidis, *neque quicquam à tergis obſtet.*

Hoc ergò nixus Denſitatis & Grauitatis erraticas Atomos affectantium fulcro, Epicureus quilibet varios Situs Poſituraſque varias eis aſſignare ſolitat. Siquidem iuxta varias Poſituras Situſque varios ſolo Atomorum Conciliatu Complexione-ve res fermè omnes ſubſiſtere arbitratur. Quare Poëta Epicureus,

Atque eadem magni refert Primordia ſæpè
Cum quibus & qvali positvra *contineantur:*
Et qvos inter se dent Motvs, *accipiantque.* *Lucret. l. 1. de rerum Naturâ.*
Namque eadem, id eſt earumdem Atomorum Saburra, *Cœlum, Mare, Terras, Flumina, Solem*
Conſtituunt: eadem Fruges, Arbuſta, Animanteis.
Verùm aliis, alióque modo commiſta mouentur.
Quin etiam paſſim noſtris in verſibus ipſis,
Multa Elementa vides multis communia verbis:

Cum tamen inter se versus, ac verba necesse est
Confiteare & Re & sonitu differre sonanti:
Tantùm ELEMENTA *queunt permutato ordine Solo.*

Ibid. lib. 2. Quin etiam, etsi Atomis nullus Color insit, non enim cadunt sub obtutum, omnem tamen Colorem penes variam sui Posituram formant & producunt. Sic autem idem Poëta,

Preterea, si nulla Coloris Principiis est
Reddita Natura: at variis sunt prædicta Formis,
A quibus omnigenos gignunt, variantque Colores.
Præterea, magni quod refert, Semina, id est Atomi, *quæque*
Cum quibus & QVALI POSITVRA *contineantur,*
Et quos inter se dent Motus, accipiantque.

Verùm vt res, de quâ nunc agitur, exoluta illicò sit, eam ipsam impræsentiarum facere palàm enixè conabor. Resciscas ergò & memoriâ refrices, MI-GASSENDE, quod aliàs meditatus es pro doctissimis & probatissimis tuis in Epicurum Elucubrationibus, Formam Totius Subiecti Physici ex conspirantibus his in vnum minutissimis Particulis enasci & exurgere. Heinc, penés Epicurum eiusque Sectatorem Lucretium, exoritur illa consentientium Particularum Indiuiduarum Conuenientia, quam Græci Συμπάθειαν appellare solitant. Citrà hanc verò Συμπάθειαν, quæ iuxtà Mentem eiusdem Epicuri COMPASSIONEM sonat, nullus in Natura fieret Sensus, & iuxtà Græcos, Επαίσθησις nulla. Hanc etiam alio Nomine vocat ipse idem Epicurus Συμφιλίαν. Ast! siccine possemus tam grauiter falli?

Atomorum Sympathia.

MI-GASSENDE, Verum, inceptet, quæso, vafer & acutus ille tuus Sophistes nobis ostendere, quo sanè modo Atomi nullâ Quantitate, nullâque Qualitate affectæ, interiecto quanti maximi vel minimi Inanis Fulcro suas inuicem Συμφιλίας commitant & communicent? Quo vehiculo illices suas vires explicent, in alias reciprocâ vi exertent, & in se se mutuò transfundant? Nùm Solâ Atomorum Motatione & Positurâ? Nùm ipso Atomorum Ῥεύματι *fluore?* Qui quidem fluor & aliâ Epicuri voce nominatur Ὁμωρήσις *communis Atomorum Fluxus*, quasi ruat continuò Infinitum per Inane vniuersus istheic Atomorum Imber? Nùm tandem temerariâ quâdam Atomorum istarum Concursione? Quasi verò pertentet quoquóuersum quæuis seorsim Atomus, quæ se se clanculùm ab aliâ qualicunque subducat, subindeque per Infinitam Inanitionem concedens in tuto collocari cōtendat. Nimirùm hoc fieri rentur Epicurei, cùm sensim abeunt Parteis Corporum ab eâ Coalitione seu Conciliatione fortuitâ Atomorum se se inuicem complectentium, quæ ab Epicuro dicitur Πιλήσις καὶ περιπλοκὴ ἀλληλούχων Ἀτόμων.

Refellitur Epicurea Συμφιλία siue Cognatio atque consensus Atomorum.

Atomorum communis Fluor.

O vanas hominum Mentes! ô Pectora cæca!

Sat igitur habent Epicurei, quùm sibi persuaserint res propemodùm omneis aliud esse nihil præter Ἀτόμων Συστήματα καὶ Συγκρίματα *Atomorum Constitutiones & Coalitiones.* Immò, quùm apud plerosque non secùs ac apud se statuerint Generationem planè omnem solâ Motus, Interualli, Connexus, Ordinis, Concursationis, Figurarum & Situs ratione

τὸ Πύκνωμα τ̃ συνεχοῦς τῆς ὅλων περιοδίας εἶ) esse *Condensationem continuæ Circuitionis:* id est, vt olim ad Pythoclem scripsit Epicurus, Δινῆς ἐγκύκλι *Atomorum Turbinis ac vertiginis.* Cui planè assensitur & quàm apprimè vester Carus,

Libro 2. de rerum Naturâ.

Sic ipsis in rebus, item iam Materiai
INTERVALLA, VIÆ, CONNEXVS, PONDERA, PLAGÆ
CONCVRSVS, MOTVS, ORDO, POSITVRA, FIGVRÆ
Cum permutantur, mutari res quoque debent.

Nec certè quicquam magis alienum à rei veritate videtur, quàm commentitiæ illæ Atomorum Παράλλαξεις *Mutationes* MOTITATIONES-VE. Et-enim, si Infinitæ subsisterent Atomi, quæquidem Epicurea Hypothesis est, totam sanè Vacuitatis Ἀπειρίαν *Infinitatem* adæquassent penitus necessum est. Quod quidem primâ huiusce Dissertationis partitione habes planè demonstratum. Quippè Infinitum nullis circumsepitur cancellis: Infinitum nam que est, *vbi extrà illud quod sumitur, semper aliud & aliud licet sumere.* Neque Infinitio Atomorum admittit potius τὸ magis aut τὸ minùs, quàm ipsa Vacuitatis Infinitas. Porrò Solidissimas Atomos finxit Epicurus; Quare Πυκνώματι *Condensationi* non est locus. Ob Indiuiduam enim Atomorum Στερεότητα *Soliditatem* fieri Contractio Partium vnius Atomi citrà expulsionem alterius nullo modo potest. Igitur Atomorum Infinitio Totam ad amussim, Inanitionis Infinitatem adæquare valet: Proindeque Atomi κ) Στερεότητα *præ sui Soliditate* (nequeunt enim subire & penetrare se se inuicem, alioqui non es-

Propter Infinitatem & Soliditatem Atomorum nulla potest fieri earum Motatio.

sent Solidissimæ) Motari nullo modo possent. Heinc Atomorum Concursio nulla; nullus earum Fluor; nullum Pondus, Positura nulla. Ruit ergò penitùs Μηχανικὴ siue Dædala illa & nescio quibus Machinis fabricata, si qua fides Epicuro, Natura rerum vniuersa.

Si verò Finitæ forent Atomi per Infinitam Vacuitatem palanteis, certissimè minimè etiam se se inuicem contingerent. Siquidem omneis τοῦ Infiniti Parteis sortiuntur Naturam Totius, siue τοῦ Infiniti; Ideoque quâlibet in parte Infinitionis, cedò, degat Atomus A: profectò non potest attinere Atomum B: neque Atomus B, Atomum C, &c. præ Infinitâ, quâ ab se se inuicem distant, Vacuitatis intercapedine; Non enim, datâ Infinitâ Vacuitate, Atomi sibi ipsis attiguæ euadere possent. A quouis enim Termino nequeunt traduci, neque proprio Pondere Motari in quemuis Terminum. Alioqui non foret τὸ Infinitum; Ratio namq; duorũ Terminorum aduersatur Rationi τῆς Ἀπειρίας *Infinitionis;* Quapropter perperàm post Epicurum Lucretius docet priuum & peculiare Atomorum Pondus,

Atomi ex Hypothesi Epicureâ sunt immobileis contrà Epicureos.

——— *Ictus gignere per-se*
Qui varient Motus per quos Natura gerat res.

Lib. 2. de rerum Naturâ.

Cæterùm, quâ hallucinatione circà res Naturaleis, & præter cuncta fermè Principia Mathematica, Physicaque hallucinentur Epicurei, patet potissimùm ex hoc præcipuo, quod tantópere iactitârunt, Naturæ Principio. Audiamus ab ipso Lucretio quantum dissonet.

Ibid. *Illud in his quoque te rebus cognoscere auemus:*
Corpora cum DEORSVM RECTVM *per Inane feruntur*
PONDERIBVS PROPRIIS: *in certo tempore firmè,*
Incertisque locis, spatio se cedere paullum,
Tantum quòd momen mutatum dicere possis.
Quòd nisi DECLINARE *solerent*, OMNIA DEORSVM
IMBRIS VTI GVTTÆ *caderent per Inane profundum.*
Nec foret Offensus natus, nec Plaga creata
Principiis. ità nil vnquam Natura creasset.

Quid Atomorum Offensus? quid Atomorum Plaga?

Etenim quùm circumcircà *Inane profundum*, siue Inanitio Infinita porrigatur. Sciscitor ab Epicureis, à quonā termino, à quânam *Inanis profundi* parte Atomi omneis suum decursum auspicentur? A quibus carceribus & ad quas metas Prima hæc Genitalia totius Naturæ Epicureæ Semina progrediantur, immò potius corruant? Quasi vero *Imbris vti Guttæ* concidant Atomi Deorsùm ab hac potiùs quàm ab illâ mundi parte; Nùm τὸ Sursùm vel τὸ Deorsùm sumatur appositiùs ab vno Polorum quàm ab altero & ab Ortu quam ab Occasu? & ab inferioribus quam à superioribus cæli partibus? Scilicet quoquouersùm assignantur terminus à quo Infinitionis simul, & terminus ad quem. Si quis, inquam, assignari possit in Infinito Terminus. Nec in Causâ esse potis est vllâ, cur τὸ Sursùm vel τὸ Deorsùm, hinc satius quā illeinc, id est τὸ Sursùm, vbi τὸ Deorsùm, vel τὸ Deorsùm, vbi τὸ Sursùm vel aliundè sumatur. Cur, inquam, potius hâc quam illâ tantæ, quantæ Inanitionis INFINITÆ parte, *Imbris vti Guttæ* Deorsùm ruant Atomi, Id est Cur, pluat Atomis, siue expressiùs, grandinet.

net. Quippe vana & futilis illius τῦ Deorsùm Epicurei ratio moderatur penes, Epicurum, vniuersæ rerum generationi. Offensu enim sibi inuicem accrescenteis Atomi, res in Natura conspicuas iugi Motationum tenore producunt.

Profectò mussent Epicurei illi oportet; nullam enim è supero ad inferum, Grauitatis Atomicæ Rationem nobis protrudere queunt. Interim antequàm vlteriùs progrediar & has omneis de Atomorum indole velitationes exoluam, Infinitas ingruentium Atomorum vertigines exturbem, continuos Fluores sistam & frequenteis earum Appulsus remorer, ne parui cures, MI-GASSENDE, sedulò mecum rimari diuersas Atomorum Motationes, Posituraſque earum varias, & ipsas non aliter quàm Dictis sim aperturus, expendere. Dabo enim operam, ✱ hæ omneis, quibus tota Natura constat, Motationum & Positurarum Species, secundùm Mentem Epicuream, Stataria namque Atomus nulla, cuique vel Epicureo patescant.

Sunt autẽ multi-iuges Indiuiduæ Materiei Motus, ex quibus conflatur multi-moda Atomorum complexio, quæ aliud quidem nihil est, quàm Diuidua illa Materies Formis ab vulgo Aristoteliorum perceptis planè inhospita. Has porrò Atomorum Motationes Triplici modo partiti sunt Epicurei. Atomi enim aliæ Deorsùm rectâ mouentur *ad Lineam, siue* AD PERPENDICVLVM, & vt aiebat Epicurus κατὰ σταθμὴν; Aliæ PER DECLINATIONEM siue *exiguum Clinamen*, παρέγκλισιν idem Epicurus dixit, id

Atomorum multi moda Motatio in Triplicem diuisa iuxtà Epicureos.

est quùm Atomus ab Atomo pulsa declinet minimo, quod ἐλάχιστον appellabat, interuallo; Aliæ denique ICTV QVODAM seu SVCCVSSV Sursùm mouentur; Hanc autem, post ipsissimum Epicurum, Motationem Græci dixere πληγὴν καὶ παλμὸν; Tullius vero Motum *Impulsionis*, siue, post Lucretium, PLAGAM nominauit. Quod quidem confirmat Laertius in vitâ Epicuri hisce verbis, κινεῖσθαι δὲ ἄτομα κάτω ὅτι μὲν κατὰ Σταθμὴν, ποτὲ δὲ κατὰ Παρέγκλισιν. τὰ δὲ ἄνω κατὰ Πληγὴν καὶ Παλμόν. *Cientur Omneis Atomi Deorsùm, vel rectis Lineis ad Perpendiculum, vel per Declinationem; quæ verò sursum feruntur quodam succussu siue Plagâ.*

Constat ergò, MI-GASSENDE, ab Epicuro Tripertitum fuisse Atomorum Motum. Quorum primus Ratione Ponderis, quippè rectâ ad Lineam, vocitatus DEORSVM: Alter verò per compulsum alter-vtrius Atomorum ex æquo ab infero in superum reflectitur & quasi retrouersùs resilit; Putà quùm Atomus Atomum inimicat: atque hæc altera Motationis Species dicitur SVRSVM. Tertius tandem Motus qui præ leuiusculo Atomorum Clinamine fit, quum cessim eunteis Atomi paullulùm se se recipiunt, & κατὰ Κροῦσιν *per Collisionem* quamdam cientur. Hæc demùm vltima Motationis Species, quæ quidem oritur extrà *Pondus* & *Plagam*, quòd paullulùm duntaxat cedant Atomi, κατ' Ἔγκλισιν *per Obliquationem*, potest rectè nominari ALTERVTRINQVE: vt potè, extrà τὸ sursùm καὶ τὸ Deorsùm consistens. Quare triplex potissimum censendus est Epicurearum Atomorum Motus. DIRECTVS, nem-

Motationis Atomicæ diuisio enucleatur.

pè, REFLEXVS & OBLIQVVS: *Pondus, Plaga, Declinatio. Deorsùm, Sursùm, Alterutrinque.*

Ex his autem tribus Motuum Speciebus, varij Motationum moduli proficiscuntur. Videlicet ab Motu DEORSVM fiunt Μετάθεσις *Transpositio*, προσόδος *Accessus*, Περαίρεσις *Ablatio*, βάσις *Incessus*, Ἔκθλιψις *Detritio*, & vno verbo, hic iste Deorsùm Motus, penés Epicurum, Κίνησιν μόνον τοῖς Σώμασι παρέχεσθαι δι' ἑαυτῦ, *per se duntaxat Motum* Corporibus *impertitur*. Heinc etiam Lucretius. De Atomorum Motu DEORSVM & eius Speciebus, siue de Pondere.

PONDERE, *quantum in se est, quum* DEORSVM *cuncta ferantur.* *Lib 2. de rerum Naturâ.*

Et paullò infrà,

Quin Vacuum per Inane DEORSVM *cuncta ferantur.* D: Atomorum Motu SVRSVM & eius Speciebus siue de Plagâ.

Deinde ab Motu SVRSVM eduntur, Ἀντικοπὴ *Contrarius Concursus*; Ἄφοδος *Recessus*; Ἀνταποδίδωσις *Reflexio* siue *Refluxus* Atomorum; Σύνωσις *Compulsio*. Προσθετήσις *Appositio*, παραλλαγὴ *Permutatio*, Ἐπιπροσθέτησις *Supradiectio*. Ex quibus Motationum variis modulis, Μεταβολὴν ὁδὸν ἄνω κάτω, τόντε Κόσμον γίνεσθαι κατὰ ταύτην *Mutationem viam esse* SVRSVM DEORSVMQVE *concedentem, penés quam fieri Mundum autumant Heraclitici*. *Heraclitus apud Laertium.* Hic iste Motus, siue PLAGA ab Græcis πληγὴ nuncupata, ἀπὸ τῦ πλήττειν: vnde τὸ πλῆγμα *percussus* Atomorum siue PLAGA. Quod quidem Epicureus Carus his suis Metris illustrat,

Hoc magis hæc Animum te aduertere par est *Lib. 2. de rerum Naturâ.*
Corpora, quæ in Solis radiis turbare videntur:
Quod tales turbæ, Motus quoque Materiai
Significant Clandestinos, Cæcosque subesse.

Multa videbis enim PLAGIS *ibi percita* COECIS
Commutare viam, retroque repulsa reuerti
Nunc huc, nunc illuc, in cunctas vndique Parteis.

Dein infrà.

Jnde ea, quæ paruo sunt Corpora conciliatu,
Ictibus illorum Cæcis, id est PLAGIS, *impulsa cientur;*
Sic à Principijs ascendit Motus & exit
Paullatim nostros ad sensus, vt moueantur
Jlla quoque, in Solis quæ Lumine cernere quimus.
Nec quibus id faciant PLAGIS *apparet apertè.*

Libro 2. de Animâ.

Quippe, quemadmodum minutissima Corpuscula ad Solis radios agitari & inter se quodammodo præliari videntur, ità sane Indiuidua rerum primordia siue Atomi, quæ *Plagis* siue succussibus offenduntur, per Infinitum Inane iactari & fluctuare solitant. Quare Aristoteles quæ in aere diuagantur exigua Corpora, ξύσματα *Ramenta* vocat, ἃ φαίνεται ἐν ταῖς διὰ τῶν θυρίδων ἀκτῖσιν, *quæ conspicua sunt radiis per fenestras transeuntibus.* Etenim his solis Atomorum *Plagis* & Compulsibus Atomi cæteræ sursum feruntur. Genuinâ autem & insitâ sua vi omnia Indiuidua Corpuscula deorsum contendunt; Hic porro ipse Motus violentus maximè & præter Naturam cuiusuis Atomi. Proindeque idem Titus Epicuri Sectator acerrimus,

Nulla penitus Atomus propriâ Naturâ fertur deorsum, sed Sola dumtaxat vi succussus siue Plagæ.

Libro 2. de rerum Naturâ.

Nunc locus est (vt opinor) in his illud quoque rebus
Confirmare tibi, nullam rem posse sua vi
Corpoream sursùm ferri, sursumque meare
Nec tibi dent in eo flammarum Corpora fraudem.
Sursus enim vorsus gignuntur, & augmina sumunt.

Et sursùm nitidæ fruges, arbustaque crescunt:
PONDERA QVANTVM IN SE EST QVVM DEORSVM
CVNCTA FERANTVR.

Reuerâ quæcunque validioribus Plagis agitantur & sursùm quasi reflectuntur Corpuscula, præ magnâ quadam Inanis intercapedine retroaguntur;

——— *Varioque exercita Motu*

Partim INTERVALLIS MAGNIS *contusa resultant.* Ea-propter, teste Laertio, Epicurus Εἰς μακρὰν ἀπ᾽ ἀλλήλων διΐστανται *Atomi Solis* PLAGIS MAGNIS INTERVALLIS *à se inuicem distare videntur.* His porrò *per Plagam* Motationibus docent Epicurei res duras in mollas euadere, interceptis solummodo Inanitatis Spatiolis, in quæ Parteis pressæ introrsùm se se recipiunt.

Denique de Motu κατ' Ἔγκλισιν, siue *per Declinationem*, siue ALTERVTRINQVE, exoriuntur Πίλησις *concretio*, Πύκνωμα *condensatio*, putà quùm quòpiam confertæ tendunt Atomi; Σύνοδος *conuentus Atomorum*, περιπλοκὴ *complexio*, Υπερείσις *Affixio*, Σύγκρουσις *Collisio.* Αθροισμὸς *Coacernatio*, quum ab casu Atomi sunt compactæ in has, quas cernimus Formas; Quum vero plus aut minùs Spatiolorum intercipitur intrà quodlibet Corpus, versus quæ Corporis Parteis ad Superficiem tactæ compressæque contendunt, fiunt Ἀνωμαλίαι *Inæqualitates* Atomorum; Quum denique paullùm & citrà magnum Clinamen Atomi coalescunt, Heinc Θέσις *positio*, Heinc item Ἀτόμων Πλάσις *Atomorum fixio.* Si vero maiore Declinatione concrescere videantur Atomi, Ὄγκοι καὶ

De Atomorum Motu ALTERVTRINQVE & eius Speciebus siue de Declinatione.

Σχηματισμοὶ ***Tumores***, & *Configurationes* perficiuntur. Hic porrò Motus *Declinationis*, omnium fermè Compositionum Naturalium seu Generationum est Principium: namque vti sancit Epicurus * Ἄτομοι δὲ αὐτῶν τὸν Παλμὸν ἴσχουσιν, ὅταν τύχωσιν εἰς τὴν Περιπλοκὴν κεκλεισμέναι, ἢ στεγαζόμεναι ὑπὸ τῶν πλεκτικῶν, *Atomi obliquantes successum siue Plagam è regione decidentiam aliarum Atomorum remorantur, cùm forte-fortunà in Conciliatum & complexionem sui inuicem compulsæ ab implexis Atomis retardari solitant.* Taleis etiam Atomos *perplexas* ab τῶν πεπλεγμένας, nimiùm Græcissans nominat Poëta Epicureus.

* *Apud Laertium in vitâ Epicuri.*

Porrò, citrà hanc Atomorum Declinationem, nulla prorsum fieret Compositio. Namque cùm omnes Atomi natiuo sui pondere rectâ decidant, iuxtà commentum Epicureum, nusquàm coalescerent, neque vnquam se se attinerent, proindeque haud quicquam Natura procrearet; Atomis dumtaxat deorsùm plueret, quod clarè admodum vester Titus explanare videtur,

Quod nisi declinare solerent; Atomos intelligit, *omnia* deorsùm
IMBRIS VTI GVTTÆ *caderent per Inane profundum:*
Nec foret Offensus natus, nec Plaga creata
Principiis. ita nil vnquam Natura creasset.

Tantùm prodest rebus omnibus generatis & generandis friuola illa, & commentitia Atomorum Declinatio, Ἔγκλισις ab Epicureis vulgò vocitata. Hanc autem quàm scitissimè impugnat Cicero libro primo de finibus. *Illæ sunt Epicuri propriæ ruinæ; (Censet enim*

Refellitur opinio Epicurea de Obliquatione siue De-

eadem illa Indiuidua & Solida Corpora ferri suo DEORSVM *pondere* AD LINEAM, *nunquam posse vt Atomus alteram posset attingere. Itaque attulit rem commentitiam;* DECLINARE DIXIT ATOMVM PERPAVLVM, quo nihil posset fieri minus: *Ita effici Complexiones & Copulationes, & Adhæsiones Atomorum interse; ex quo efficeretur Mundus, omnesque Partes Mundi, quaque in eo essent;* QVÆ CVM RES TOTA FICTA SIT PVERILITER, *tum ne efficit quidem quod vult; nam & ipsa* DECLINATIO *ad libidinem fingitur;* (AIT ENIM DECLINARE ATOMVM SINE CAVSSA, QVO NIHIL TVRPIVS PHYSICO, QVAM FIERI SINE CAVSSA QVICQVAM, DICERE) *& illud Motum Naturalem omnium Ponderum, vt ipse absolutè constituit, è regione inferiorem locum petentium* SINE CAVSSA ERIPVIT ATOMIS: *Nec tamen id, cuius Caussa hæc finxerat, assecutus est. Nam si omnes Atomi declinabunt, nulla vnquam cohærescent, siue aliæ declinabunt, aliæ suo nutu rectè ferentur; Primùm erit hoc quasi prouincias Atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur.*

Declinationes Atomorum, quę quidem est præcipuum Physicæ Epicureæ fundamentum.

His igitur ritè meditatis, apprimèque conceptis, certò-certiùs est, quòd si IMBRIS VTI GVTTÆ ruant Atomi deorsum, Neque Plaga, neque Occursus fieri omnimodè potis sit. Siquidem ab Inani infero non potest impediri quælibet Atomus, quin propriâ Grauitate sine vllo obice feratur per profundum Inane. Atomi enim omneis vno eodemque impete parilique sui Pondere deorsùm contendunt. Quomodo ergò imaginatus fuerit

Epicurus Plagas, siue Obliquationes ac Declinationes posse fieri, nedùm vnam offendere prorsùm alteram: immo etiam sursùm, ex Hypothesi Epicureâ, se se reflectere. Huc spectant, & congruenter, ea quæ aduersus Epicurum libro de Fato censuerit Tullius; *Itaque tertius quidam Motus oritur* EXTRA PONDVS ET PLAGAM, *cùm* DECLINAT ATOMVS INTERVALLO MINIMO, *Id appellat* Ἐλάχιστον. *Quam* DECLINATIONEM SINE CAVSSA FIERI, *si minùs Verbis, re cogitur confiteri; non enim Atomus ab Atomo pulsa Declinat: Nam qui potest pelli alia ab aliâ,* SI GRAVITATE FERVNTVR AD PERPENDICVLVM *Corporum Induidua, rectis lineis, vt Epicuro placet? Sequitur enim, vt, si alia ab alia nunquam depellatur, ne contingat quidem alia aliam; Ex quo efficitur, vt iam iam sit Atomus, eaque Declinet,* DECLINARE SINE CAVSSA. Missâ igitur vanâ illâ & ad libidinem ab Epicureis confictâ Atomorum Motatione seu *Declinatione*, vniuersam, quam imaginatus est Epicurus, rerum Naturam rigere penitus necessum est. Siquidem in hac Longitudinum, Latitudinum & Altitudinum Infinitate, Solidarum Atomorum vis Infinita impedit quominus vllum interiaceat Inane; Proindeque est item necessum aliæ alias apprehendenteis cohærescant simul & à se se inuicem citrà Motum vllum contineantur. Inconsultè ergò Epicureus ille Titus hæc simillima effatur.

Libro 2 de rerum Naturâ.

Nunc locus est (vt opinor) in his illud quoque rebus
Confirmare tibi nullam rem posse suâ vi
Corpoream sursùm ferri, sursumque meare.

Nec

Nec tibi dent in eo flammarum Corpora fraudem,
Sursus enim vorsus gignuntur, & augmina sumunt.
Et sursùm nitidæ fruges, Arbustaque crescunt
PONDERA, *quantum in se est*, QVOM DEORSVM CVNCTA FERANTVR.

Quin & ea ipsa Atomorum Motatio, quæ ab Epicureis dicitur PLAGA siue ICTVS REFLEXVS SVRSVM, Legibus Mechanicis quàm maximè refragatur. Certum enim est & demonstratum per Vacui Immensitatem, Infinitâ Ponderis vi, directò decidenteis Atomos occursu aliarum cessim simùl euntium, parili Grauitate reflecti ac resilire nullo modo posse. Etenim Motus Reflexio siue PLAGA & ICTVS in Atomis est, *Recursio è Termino ad quem appellunt, in Terminum à quo profectæ sint;* Verùm ex Hypothesi Epicureâ quælibet Atomus *suâ vi propriâ non potest sursum ferri sursumque meare;* à quonam ergò extrario Corpore virtutem illam Recursus mutuabitur? Non enim ab obuiâ sibique vtcunque obstante Atomo; Cedit namq; iugi & proprio decidens pariter Pondere; Neq; autem obstare sibi inuicem queunt Atomi; Cõmuni enim Grauitate adductæ deorsùm, æqualiq; ac eodem huiusmodi adnisus tenore corruunt penitus omneis. Res autem natiuo sui Pondere per Infinitam Inanis Immensitatem deorsùm vergenteis, cessimque euteis, vim, quâ Res obuia sursum reflectatur & recurset, impertiri minimè valent. Ecquanam ergò Caussa? Ecquonam Rationis lusu sibi & nobis tantùm imponere studet Epicurus? Quasi vero, vt pila datatim Reticu-

Nullus esse potest Atomorum Motus Reflexionis siue PLAGA aduersus Epicureos.

lis, sic Atomus Atomo excipiatur. Vno verbo, Non potest concedi vterque Motus Rectus deorsùm κατὰ Σπάθμην, & Reflexus sursum κατὰ Πληγὴν, imò & Obliquus κατὰ Ἔγκλισιν, quin & concedatur Quies; Scilicet in puncto Reflexionis Quies penitus necessaria, quæ intercipiatur eodem momento temporis quo idem punctus subit vices Termini ad quem & simul Termini à quo, quùm Reflexio siue Plaga Epicureâ *fit per eandem Lineam*: Vt experimur ex resultu pilæ ad perpendiculum proiectæ in Pauimentum; vel quùm *Reflexio fit per diuersam Lineam*: Sic Angulum formant Recursu Pilæ in parietem proiectæ, vel obliquè decidenteis in pauimentum. Fit igitur Pausa siue Quies, præ reciprocatione vtriusque Motus deorsum & sursum, quùm Atomus reflectitur, vel iuxtà eamdem planè Lineam, ad Parteis oppositas, vel iuxtà attiguam Lineam ad Angulum & Parteis diuersas. Ast penes Epicurum, Atomis nulla Quies est; Imò certum est, vt docet Lucretius,

——Nullam rem posse suâ vi
Corpoream sursum ferri, sursumque meare.

Quî igitur fieri potest, illud quod asseuerat idem Epicureus?

Lib. 2. de rerum Naturâ.

Haud igitur poterunt leuioribus incidere vnquam
Ex supero grauiora, neque ICTVS *gignere per se;*
Qui varient Motus per quos Natura gerat res;
Quare etiam atque etiam paullùm CLINARE *necesse est.*
Corpora, nec plus quam minimùm, ne fingere MOTVS
OBLIQVOS VIDEAMVR, *&* *id res vera refutet.*

His nostris ratiociniis fauet Cicero Libro de Fato istis verbis; *Quæ ergò noua Caussa in Naturâ est, quæ Declinet Atomum? Aut num sortiuntur inter se, quæ Declinent, quæ non? Aut cur Minimo Declinent interuallo, maiore non? Aut cur Declinent vno Minimo non Duobus aut Tribus? Optare hoc quidem est non disputare. Nam neque extrinsecùs impulsa Atomum loco moueri & Declinare dicis: neque in illo Inani per quod feratur Atomus, quicquam fuisse Caussæ cur ea non è regione ferretur; nec in ipsa Atomo mutationis aliquid factum est, quamobrem Naturalem sui Ponderis Motum non teneret. Ita cum Epicurus attulisset nullam Caussam, quæ istam Declinationem efficeret: tamen aliquid sibi dicere videtur. Cùm id dicat, quod omnium Mentes aspernentur ac respuant.*

Profectò nullam assignat Caussam Epicurus, cur Rectâ delabenteis Atomi fortuito aliarum quarumdam similiter delabentium occursu, per eamdem Lineam siue PLAGAM aut ICTVM reflectantur ac resiliant: vel per diuersam Lineam seu Clinamen & diuerticulũ Obliquentur ac Declinent. Quin etiam alternus quassatarum & in se se per medium Inane illidentium Atomorum conflictus, quem Ἀλληλοτυπίαν *Ictũ mutuum* siue Plagam reciprocam dixit Epicurus, iuxtà canonas Μηχανικοὺς, innumeris conuoluitur tricis contradictionum. Etenim Rectè aut Obliquè ferantur Atomi, per me licet, necesse tamen est, adeò vt ex his suis rationum repugnantiis se se expedire mentiatur Epicurus, non repetat modò sui Sophismatis Principium, verùm etiam, quidquid Epicuri Sophisma.

contrà effutierit Lucretius, ad Anileis Fati inelu-ctabilis scrupulos recurrat, & vt loquitur Tullius in Dumeta se recipiat; Sic autem hic iste primo de Natura Deorū libro Epicurum insectatur. *Epicurus cùm videret, si Atomi ferrentur in locum inferiorem suopte Pondere, nihil fore in nostrâ potestate, quod esset earum Motus certus, & necessarius, inuenit quomodo* NECESSITATEM *effugeret, quod, videlicet, Democritum fugerat:* AIT ATOMVM CVM PONDERE ET GRAVITATE DIRECTO DEORSVM FERATVR, DECLINARE PAVLLVLVM. *Hoc dicere turpius est, quàm illud, quod vult, non posse deffendere.* Proh! Delirantium & Furiosorum portenta! Citra Atomorū Declinationem & Motationis Obliquitatem sibi finxit Epicurus Animis (Atomorum enim complexu rebatur conflata omnia) & Passionum Motibus Deorsùm pluère, imò Necessitatem Fati, vna cùm Atomis, quibus grandinat, delabentibus, non omneis Mentis Actiones modò, sed & Velleitates, ipsamque Epicuream Philosophiam detrahi penitus & in profundum Inane præcipitari.

Refutatur naturalis rerum Necessitas, penes Epicureos.

Omnia ex Atomis cōflata imò & ipsa Virtus Scientia & Animi Motus. En Epicurea deliria!

Neque enim potest ab Epicureis concedi Quies vlla; Ergò nullus Reflexionis Motus per Lineam Rectam; Ergò Clinamen nullum per Obliquam; Ergò nulla Necessitas, Fatumque nullum. Hi verò duntaxat Motus Fatum & Necessitatem eiiciunt & prosequuntur. Sed-enim circà isthæc iocatur iterùm Cicero * *Nec vero quisquam confirmare mihi videtur non modo* FATVM, *sed etiam* NECESSITATEM *& vim omnium rerum, sustulisseque Motus Animi vo-*

* *Libro de Fato.*

lunarios, quàm hic, qui aliter obsistere FATO *fatetur se non potuisse*, NISI AD HAS COMMENTITIAS DECLINATIONES *confugisset, &c.* Profectò ex Angulo Reflexionis & ex puncto Termini intercipitur Quies, alioqui non mutaretur ratio Lineæ: quæ Motus Recti & Reflexi euersio maximè foret. Verum Atomis nulla affingitur ab Epicureis Pausa siue Quies, vt ex Lucretianis his versibus liquet,

At nunc, nimirum REQVIES *data Principiorum*
Corporibus nulla est; quia nil est funditus imum,
Quod quasi Confluere, & SEDES VBI PONERE POSSVNT:
Semper & assiduo Motu res quæque geruntur,
Partibus in cunctis, æternaque suppeditantur
Ex Infinito cita Corpora Materiaj.

Quare istiusce effati planè immemor Lucretius, secus ac Epicurus, qui commentitij sui Fati Necessitatem solummodo vitaret, tertium quemdam Motũ, extrà Pondus & Plagam, videlicet Ἔγκλισιν *Declinationem* est imaginatus. His ritè probatis, quis iam sibi fingere potest quomodo prima Corpuscula,

——— *Assiduo, varioque exercita Motu,*
Partim INTERVALLIS MAGNIS *confusa resultant?* quippe Plagâ.
Pars etiam breuibus Spatiis vexantur ab ICTV.
Et quocunque magis condenso conciliatu. scilicet Clinamine, siue Atomorum Amalitione.
EXIQVIS INTERVALLIS *connexa resultant.* item Declinatione, siue Obliquo Motu.

Verùm apage has & simileis nugas; O Epicure!

Rident vel Anus ipsissimæ famosas tuorum Principiorum Argutiolas? Ecquid nobis obtendis *nihil fore in nostrâ Potestate, quòd esset Atomorum Motus certus & necessarius?* Quid ni? Eò dementiæ procedis, nobis suadere velles quod, citrà earum Succussum, quem Græci Ἀπάντησιν vocitant, sublata penitus foret omnis humana Libertas; Imò, quòd necesse sit * Ἄτομον παρεγκλῖναι μίαν ἐπὶ τοὐλάχιστον, τύχη παρεισέλθῃ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν μὴ ἀπόληται *Atomum vnam* DECLINARE MINIMO INTERVLLO, *ne libera voluntas hominis pereat?* Videris forsan, Mentem tuis Ponderosis Atomis, liberâ voluntate spoliatam fati necessitate deuincire? Num solâ Grauitas Atomorum sit Συμπλοκὴ αἰτιῶν τεταγμένη, *ordinata causarum complexio?* Nùm item *veritus fueris, ne si semper Atomus Grauitate ferretur Naturali ac necessariâ, nihil liberum nobis esset; Cum ità moueretur Animus vt Atomorum Motu cogeretur?* Nùm denique leuiusculo Corpusculorum Clinamine fati Necessitatem soluere & nobis agendi libertatem restituere dignatus sis? Bellam sanè Rem aggredi nouisti? vt potè Democriteos Centones artificiosè consarcinasti, ô Consutor probatissime! Siccine tanto tuo Atomorum Pelago, *Infinitatem* Locorum, *Innumerabilitatem* Mundorum, *Mortalitatem* Animorum, *Vacuitatem* Spatiorum, cum *Fati necessitate* confisus vltro tibi compingere sustines? Quod autem Fatum attinet, quodque magis ridiculum se habet, ne dicam, post Animorum Mortalitatem, impium magis cuique vel Bardo videtur, his versibus stabilire molitur Epicureus ille Carus,

* *Plutarchus de solertia Animalium.*

Restituitur libertas cōtrà Epicurum: & Necessitas longè exulat.

Haud igitur poterunt leuioribus incidere vnquàm
Ex supero grauiora, neque ICTVS *gignere per se,*
Qui varient Motus per quos Natura gerat res.
Quare etiam, atque etiam paullum CLINARE *necesse est*
Corpora, NEC PLVSQVAM MINIMVM, *ne fingere Motus*
Obliquos videamur, & id res vera refutet.
Namque hoc impromptu, manifestumque esse videmus,
Pondera, quantum in se est, non posse obliqua meare,
Ex supero cùm præcipitant quod cernere possis.
Sed nihil omninò rectâ regione viaï,
DECLINARE, *quis est, qui possit cernere se se?*
Denique si semper Motus connectitur omnis:
Et vetere exoritur semper nouus Ordine certo;
Nec DECLINANDO *faciunt Primordia Motus,*
Principium quoddam quod FATI FOEDERA RVMPAT.
Ex Infinito ne Causam Causa sequatur; iuxta seriem Causarum, Fatum.
Libera per terras vnde hæc Animantibus extat,
Vnde hæc, inquam, FATIS AVOLSA VOLVNTAS,
PER QVAM PROGREDIMVR, QVO DVCIT QVEMQVE VOLVPTAS?
DECLINAMVS *item Motus nec tempore certo,*
Nec Regione loci certâ, sed vbi ipsa MENS.
Nam dubio procul, his rebus sua quoique voluntas
Præcipiuum dat: & hinc Motus per membra vagantur.

Lib. 2. de rerum Naturâ.

Sic autem rem lepidè illustrat.

Nonne vides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus, non posse tamen prorumpere EQVORVM
Vim cupidam tàm subitò, quàm MENS *auet ipsa?*

Mentem Equis temerè assignat; vah, Mentem Epicuream, nedùm Equinam, vel Asininam ἄνοιαν!

Omnis enim totum per Corpus Materiai
Copia conquiri debet concita per Artus
Omneis, vt studium Mentis connexa sequatur.
Vt videas initum Motus à corde creari:
Ex Animique voluntate id procedere primùm:
Inde dari porrò per totum Corpus & Artus.

Denique, MI-GASSENDE, neque *Rectum* Atomorum Motum, neque *Reflexum*, neque *Obliquum*, de quibus hactenus sat tecum, ac proinde neque Fati Necessitatem ab earum Pondere, vt sibi volunt Epicurei, omninò pendentem, vllus potest, qui sit statæ ac sedatæ Mentis, quaquâ ratione profiteri. Etenim, quî tàm ineptum quicquam potuit vestris Epicureis in Animũ venire? Miror adeò; Ecquid autem est, quod gratis & præter rem conficta ab ipsis sit vniuersa hæc Obliquatio Amolitio-ve mutua seu potius reciproca Atomorum quassatio? Non enim altera alteram, antè sit vel ponè, vllatenus inimicat; Neque etiam Atomus proximè Atomum facessens resilire, immò ne aliam appellere quidem alia sustinet. Animaduertitote verò vos, ô Epicurei! ne diutiùs argutemini? Ne-ve contumaciores ac male-feriati vltrò audiatis; accipitote, inquam, ac penditote demùm quanta sint ac qualia illa ipsa, quibus nostram absoluo Dissertationem, pondera omnium harum Demonstrationum.

Vno verbo, quemadmodum Tempus ex Momentis, Motum ex Motationibus, Linea ex Punctis,

ctis, Superficies ex Lineis, & Solidum ex Superficiebus minimè componitur: ità Materies Physica ex Atomis siue Particulis Indiuiduis ἁπλῶς *simpliciter* coalescere nullo modo potest. Huiusce Veritatis certa & euidens cognitio patet ex spurio Aristotelis libro de Lineis Insecabilibus, * & ex Platonis Philebo. Immò ex Atomis conflari nequit vlla penitus Magnitudo; Alioquin Atomus non foret Atomus, esset quippe Diuidua. Esto namque Continuum Physicum, siue Magnitudo constans nouem Atomis diuidatur bifariam: necesse certò est vtrinque dispescatur in quatuor Atomos cùm dimidiatâ; quæ quidem Atomi suppressio penitus est. Atomus namque non esset Atomus. Esset enim Diuidua. Quod est absonum.

* *Vide Criticem nost. a in Libros Platonis & Aristotelis.*

Iccircò, penes Data Geometrica, neque Triangulus, neque vlla Trianguli Διάμεζος, siue vtar Latinâ voce Martiani, * *Distermina*, neque ipsa Basis Diuidi posset. Nec etiam à quauis Atomo, vel potius à quouis Puncto Lateris Postulata duceretur Perpendicularis ad Basim Quod planè minimè potis foret, si τὸ continuum Triangulare componeretur imparibus Atomis, vel saltem paucioribus Latere. Profectò dilueretur omnis omninò Geometriæ Demonstratio. Neque, vti Demonstrat Euclides, * Linea ex æquo foret Diuidua in Quartas, Quintas, Decimas, Centesimas, Millesimas, &c. Neque itidem à quouis Puncto Circulorum Concentricorum Rectæ ducerentur ad Centrum. Neque demùm tot Rectæ per ambitum mi-

* *Lib. vi de nuptiis Philologia.*

Si res Physicæ Atomis Epicureis constituerentur euersa foret omnis planè Geometria.

* *Septimo Elementorum.*

norum Circulorum concederentur, quot per oram maioris. Quin etiam neque desinerent in ipsorum Centrum. Quod præter rationem vtique est, purà præter Demonstrationes Mathematicas; Principiis namque Geometricis vltrò refragatur.

Vt vt sit, Physica res omnis, quæ continua extet, vel Indiuidua est vel Diuidua. Si Indiuidua, τὸ Continuum constat ex Indiuiduis Partibus. Quod est ἀδιωάτον *impossibile*. Secùs enim Continuum patiens simul & impatiens diuisionis foret. Si verò Diuidua in Parteis: hæ sanè Parteis in alias & alias ad Infinitum vsque Diuiduæ sunt. Alioquin si forent Indiuiduæ, res Indiuiduæ ad inuicem essent continuæ. Sin autem Diuiduæ existant, Diuidi in Infinitum aptæ natæ sunt. Quare res Physica Diuidua planè est in Parteis Diuiduas in alias & alias citrà Terminum; Non constat igitur Atomis. Atomi enim sibi ipsis haud attiguæ, nedùm continuæ possunt consistere. Apagite ergò vestras omneis Atomos vos, ô Epicurei! Verùm de his interim Atomis seu Minutulis Corpusculis sat mihi, sat vobis.

HActenus, MI-GASSENDE, tria, quæ ipsemet imposueram mihi, huiusce tripertitæ nostræ Dissertationis Pensa ritè sum executus. Demonstraui equidē contrà Democritum & Epicurum, INFINITATEM in rerum Naturâ, præter Deum, concedi neutiquam posse: Insertam itidem intrà Materiei Caulas INANITIONEM necessariis Spiritus Ætherij, abs te nullatenùs improbati, vicibus

temerè & sine Caussâ fuisse defunctam; ATOMIS denique Infinitis in profundum Inane, vt quæ *Imbris vti Guttæ* pluerent, iugiter decidentibus & palabundis, omnem cum Geometriâ Physicam corruptam fore ac depravatam. Pro demonstrato igitur habeat tandem aliquando vester ille Epicurus, CREATIS EX ATOMIS, si quæ sint vllæ, CONSTARE OMNIA, perindéque τὸ τι, SIVE NONNIHIL POSSE CREARI DE NIHILO. Immò si Figuris, quòd hic ipse docet Epicurus, signentur Atomi quælibet, certissimum est eas ipsas ab Inuiso & tacito Geometrâ, de quo superius, nimirùm Deo, ab Athenienisibus olim culto, sicuti animaduertit Paulus sub Christo in Epicureos militans, quasi Ἀγνώστῳ INCOGNITO, scilicet *Incognito* ipsis duntaxat Epicureis non aliis, & præsertim Sapientibus, fuisse creatas, compactas, concinnatas. Vt poté Primigeniæ Atomorum Formæ, Species & Figuræ aliquam sui Genituram seu potius Creationem importare certò-certiùs videntur. Quibus profectò Demonstrationum momentis, Boethianum isthuc clariùs patere Epicureo cuique debet. *Vid. in Act. Apostol. c. 17*

——— *Tu cuncta* SVPERNO
DVCIS AB EXEMPLO, *Pulchrum Pulcherrimus ipse*
Mundum Mente gerens SIMILIQVE IMAGINE
FORMANS.

De Consolatione Philosophiæ lib. 3. Metro IX.

Ob has ergò rationes, toto huc vsque nostræ Dissertationis tenore editas à me & explanatas, concludamus, MI GASSENDE, cùm Maximo Tyrio, * Καὶ γὰρ Ἐπίκουρος λέγει μὲ λόγους, ἀλλὰ Μύθων ἀλογω- * *Dissertatione XXIX*

ποιεῖ, sermones loquitur Epicurus, sed qui omnem Fabularum absurditatem superent. Cæterùm plura eaque validissima aduersus Epicureos Argumenta quirem huc adiicere; Verùm hæc & pariiia, cum Placitis omnium fermè Scientiarum longè selectissimis, obseruare vacat in castigatioribus meis Operibus, quæ haud paucis ab hinc Annis excolui nuncupanda Illustrissimo Senatus Parisiensis Præsidi FRANCISCO THEODORO NESMONDO. Nouisti enim non solùm mea, sed & ipsissimum me totum ac vltroneum, illi Quanto Maximo debere, dare, addicere. Hæc demùm ista omnia, quæ tecum Dissertans, in Epicureos scripsi, qualiacunque sint, lubens, ne dicam, fauens & pro more Genij gratabundus accipias velim, atque etiam, quod itidem semper es solitus, æqui verique consulas.



DE RERVM



DE RERVM COMMVNI VIVENDI RATIONE

ΦΥΣΙΚΩΣ SPECTATA.

DISSERTATIO:

AD

THOMAM CAMPANELLAM,

IN LIBRVM DE SENSV RERVM.

SIVE

DE ABDITIORIBVS RERVM Naturalium Caussis, Penés vetustissimam Orpheotelestarum Scientiam.

ETSI nuperis nostris Dialogis, Orphicam illam & ab vltimâ Antiquitate repetitam Primorum Hominum Sapientiam, aduersùm tua de sensu rerum Placita, satis superque demonstratam habueris, DOCTISSIME CAMPANELLA consulti tamen haecce praesenti nostrâ Dissertatione, exculcam eam ipsam oppidò

concinnauimus, qui iam-iam poſſemus ad te mittere illuſtriorem bene-multis rationibus, nec admodùm paucis authoritatibus comprobatiorem. Scilicet fateare velimus non aliunde modò fuiſſe quæſitam hanc quam nudius-tertiùs repertam à te iactitabas Scientiam, verum etiam ab omnibus omnium ætatum Sapientibus, quorum præcipuos iuuat huc accerſere, dudùm fuiſſe explicitam, editam, propalatam. Quaſi verò? quidquid nimiùm de te tibi videaris affingere, diſcas non à nobis, vtpotè qui ſimus plurimæ tuæ doctrinæ vtique anhelantes, ſed ab cunctis cùm Poëtarum, tum Philoſophorum, Theologorumque τοῖς ὑπομνήματοις, *Non ſemel neque bis, verùm Infinities eaſdem opiniones ad nos vſque accedere neceſſum eſſe.* Nec enim te latet hanc eſſe genuinam Ariſtotelis Mentem; Quod idem, & ante ipſum Ariſtotelem confirmauit Rex Sapiens, quum *nil fore ſub Sole nouum* olim ſit præfatus. Nam quidquid de Spiritibus Æthereis ſiue de Sole cuncta permeante, ciente & animante meditatus es, quotquot, ab Primâ Hominum memoriâ ad noſtram vſque extitere Sapientes, eodem animi tenore profeſſi ſunt. Idcirco ſubſeciuæ huicce Operæ potiſſimùm vacauimus, vt qui rem, quâ de inter nos actum eſt, ore-tenus delibatam, clanculùm enim huiuſmodi nobis improperas, decoctam penitùs ac digeſtam tibi ipſi; vel reſpuenti, vltiò intimemus. Sic autem, qualiſcumque ſit, ſe res habet.

Ariſtoteles cap. 3. lib. 1. de Cælo.

Abditiores rerum caussæ, iuxtà communem cùm veterum, tùm neotericorum Sapientum & Imprimis Orphicorum doctrinam planè demonstrantur.

CVnctis Hominum, Pecudum, Ferarum, Insectorum: Arborum, Fructuum, Florum, Graminum: Metallorum, Marchasitarum, Gemmarum, Lapidumque corporibus idem fermè dominatur Ignis; scilicet is è quibus continuò fluit ac in ea refluit ad vltimam vsque, & sibi peculiarem natiuamque Ætherei & ἀκαμάτου huiusce vniuersi Ignis circulationem, seu Vitæ periodum. Ast aliis modo clariori, aliis obscuriori; & vt ait Aristoteles τιμιότητι καὶ ἀτιμίᾳ. *penes sui nobilitatem aut ignobilitatem.* Quò planè spectasse olim videtur Heraclitus ille Orphicus, vt obseruare vacat apud Eusebium, aiebat enim Mundum viuentem & conspicabilem aliud esse nihil quam πῦρ ἀείζωον *ignem perpetuò viuentem.* Quam quidem de Igne opinionem tuiti sunt, non solùm Orphaici, suis in Mysteriis, nam vt obseruat Homeri scholiastes ad Odyss. τ. τὸ ἄσβεστον ἀθλωνίοι λύχνον *inextinctum fore Ignem in templo Mineruæ atq; prytaneo, curabant Athenienses*, sed etiam Hebræi Ægyptij, Persæ & Hetrusci: Hinc apud Romanos constitutionibus Numæ perpetuus Ignis: apud Magos oraculis Zoroastris; apud Ægyptios ritibus Mercurij; & apud Hebræos legibus Mosis. Eas fermè ob caussas ab Vulcano excitus Deorum risus ἄσβεστος *inextinguibilis* apud Homerum dicitur:

Lib. 11. præparationis Euangelicæ cap. 13.

canus siue Ignis Iunonis, id est Aeris Filius, apud Orphicos Græcorum Theologos prædicabatur, quare & ab Hesiodo,* Ἀὴρ πυρόφορος *aer Ignifer* cognominatur. Cuius rei confirmationem afferre nobis visus est Ouidius septimo Metamorphoseωn quum hæc de Igne cecinit.

*Lib. Opera & Dies.

Nam solet à ventis alimenta *resumere, quæque*
Parua sub inductâ latuit Scintilla fauilla
Crescere, & in veteres agitata resurgere vires.

Ex iis enim fit Nutritio, vt sancit vulgus Physicorum, ex quibus fit Compositio: nutritur autem Ignis sensibilis ex particulis Æthereis & inconspicabilibus per Aerem diffusis ac disseminatis, ex quibus ipse conflatur & constat. Porrò harum Atomorum Particularumue Ætherearum Ignem componentium ἐπιῤῥοὴ καὶ συῤῥοὴ, siue, vt loquitur Martianus, FLVOR Igneorum seminum, minus facescit in Lampada, vel Torrem, vel quidpiam aliud Ignitum subiectum hyeme, quam æstate (quod hic loci per satyram obseruandum docemus) Sicuti nobis patet ex rimis & foraminibus Valuarum Cœnaculi apprimè clausi, in cuius Foco maior copiosiorque accenditur Ignis: plus enim sibili Aeris ad accensos torres introsubire per rimulas & commissuras postium, adductis ad eas Auribus, Frigidâ & Brumali Tempestate, quàm Calidâ & Æstiuâ, percipere solemus. Quoniam pauciores tunc temporis insident Aeri, illumque afficiunt particulæ Solares & Æthereæ. At vicissim, quoniam Æstiuis Solibus, maiore Igneorum seminum copiâ lu-

Quomodo ex paruo à sui titulâ actutùm Ignis in magnum sui incrementum facescat, Clariori demonstratione probatur.

xuriet Aer, certiſſimæ demonſtrationis eſt, accenſum Focum, vel Torrem, vel Lampada egere parciori & tenuiori Aere, ad ſui alituram, conſeruationem vel incrementum.

Prætereà ardente Igne, in Foco, vel alio quouis ſubiecto, multumque Aeris in ſui conſeruationem aut incrementum digerente, oportet vt introeat & ſubſtituatur, κατὰ συμπαθείαν, καὶ κατὰ τινα κινήσεως καὶ πνεύματος ὁμοιότητα, id eſt, *illice vi*, VT VVLGO LOQVVNTVR, *Magneticâ ſeu Electrinâ, & attractione natiuâ ſui ſimilis Spiritus*, alter Ignis in alterius, id eſt effluxi vices. Ita vt quò magis ardeat Ignis in Camino, vel Faculis, vel Stipulis accẽſis, & quò magis alatur copioſo, cæco & inuiſibili illo Igneorum ſeminum fluore, eò plus Aeris præcipitem in Cœnaculum ſe ſe dantis, & irreptantis per rimulas poſtium, aut feneſtrarum, vel ad Caminum, vel ad Torres, vel Faculas, ac Stipulas accenſas ruere penitus neceſſum ſit. Quod cuique auriculam præbenti facile eſt aduertere. Extincto enim Igne, ſilent rimulæ, neque vllus circa valuas vel feneſtras percipitur Auræ ſuſurrus; pauciore nempe ac penè nullo introcedente Aere. Quin etiam in profondiſſimis ac frigidiſſimis Caueis, Antris, Speluncis, aliiſque ſubterraneis locis, præ Igneorum, horum ſeminum ſiue Ætheriarum particularum defectu & priuatione, Faculas vel Lampades à pueris geſtatas extingui ſæpiſſimè deprehendimus. Verum enim verò Orphica hæc omnis noſtra Doctrina quæ non alia, imò eadem plenè eſt quàm Heraclitea, Empedoclea, Democritica, Par-

Ex diſperſis per Aerem Ignis ſeminibus in ardentem & confertum Ignem concedentibus fit flamma, hinc motus Ignis, & Aeris fluxus in loca vbi copioſior Ignis inflammatur.

menidea, Platonica, Peripatetica, Stoica, Epicurea & vno verbo Ægyptiaca, Hermeticaue circa res Naturales Sapientia, est etiam Hyppocratica penitus & ἁπλῶς: Siquidem ab vno eodemque Orphei fonte hausere Sapientes vetustissimi illi quotquot inter Græcos exsisterunt Naturæ Contemplatores vulgò olim Theologi cognominati. Audiamus igitur diuinum illum Senem libro de Flatibus, seu potius de Spiritibus, τῷ. πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφὴ τῦ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν, οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν. *Igni Spiritus* (Æthereus quippe & cœlestis per Aerem diffusus) *nutrimentum præbet, quo si careat, Ignis viuere minimè possit.* Quod idem innuit Manilius Astronomicωn libro primo.

Proximus in tenues descendit Spiritus Auras.
Ignem Flatus alit.

Quocirca Igni Alitura si deficiat, vel Aerea, vel, vti more Chemico loquamur, Sulphurea, is statim disparet & euanescit, morique apud vulgus dictitatur. Cæterùm hanc nostram de Ignis vita & indole obseruationem, adductâ & sedulâ mente curiosius perpendendam Philosophos iterum iterumque monemus; Multum enim prodest rebus Physicis Medicisque ritè & sagaciter percipiendis: namque ab hoc Ignis lumine obscuriora & abditiora Naturæ opera illustrantur & apparent. Verum pergamus.

Parilem hunc morem gerit Ignis intimus in Animantum & Plantarum corporibus; Nam sicuti vulgaris Ignis sursum vehit humorem in fumum per

Caminum, aut aliud quid Spiraculum ne suffocetur: sic innatus per Poros aut per debitos canales, hunc extrorsum tollit, in sudores & fuligines excrementosas, ne grauetur vel Morbo laboret Animal aut Planta. Quod autem operatur Fuligo in accensis Faculis: Id præstat Effluuium in viuentibus Corporibus; Quâ de caussâ Animantum Ignis germanus & insitus, siue τὸ θερμὸν Hippocratæum, efflagitat alimentum siue Materiam, quam quidem depascatur & substituat in locum absentis & egressæ Materiei; Hinc necessitas cibi. Haurit porro Ignis Animalis vel φυτικὸς Aerem, aut Aquam per Nares, aut Branchias in Animalibus, vt vulgo effutiunt, Perfectis: (perfecta enim sunt omnia Animalia) aut per poros dumtaxat in Insectis & Stirpibus, vt pote, restauretur vis Spirituum seu Atomorum Ignearum, & vt fuliginem exhalet Ignis expiretque, per eadem Pororum, Branchiarum, aut Narium organa. Sæpissime etiam plenitudine, & vt Græci dicunt, πληθώρα, id est, Sanguinis aut Humoris analogi copiâ fatiscit & opprimitur Ignis sentiens aut Vegetans; Nimirum, haud aliter quàm restagnante & superfluente aut Oleo, aut Cera, aut consumptibili alio quouis liquore, extinguitur & vanescit Ignis conspicabilis & vernaculus.

Eodem ferme modo se habent Animantes quum viuunt, quam Ignis quum ardet.

Igitur vitam dumtaxat viuunt Animantes & Plantæ, dum faciliori negotio expurgantur, mundantu q; excrementosis & superstitibus quisquiliis; Dum congruum hauriunt Aerem, vnâ cum Æthereo Spiritu, in cæcis ipsius Aeris particulis degente

Plantæ & animantes Æthercam Ignis viuunt vitam.

& occulto, efflantque halitum fuliginosum: Dum sufficientem & iustam aut edunt, aut sugunt, aut prolectant, aut inspirant, atque etiam digerunt alimoniam: Dum Ignis effluxus per membrorum aut Caulium poros, vnà cum tenui & Spirituosiori substantiâ, siue effluuio debitè reparatur; Suppari certè ratione ac Lampas, vel Torris flammans & candescens; Dum humor viscosus & oleaginosus ei satis est; Dum liberior illi Aeris ductus non deficit: Dum Igneorum Seminum ab Sole & Astris in Aerem dispersorum siue Ætherearum, vt iam inculcauimus, Atomorum in ipso Aere latitantium perennis ἐπιῤῥοὴ καὶ συῤῥοὴ in illum circumfluit; Dum laxis habenis auolant Atomi Igneæ: Dum fumosum humorem ritè & commodè eiectat, ardet rubens & splendescit, suasque partes actiuas & mobiles sustinet αὐτόματος; Adeo vt penitius philosophanti, illum eumdemque ipsissimâ frui vitâ vtique sit persuasum; Hinc Aristoteles secundum Sapientiam * Ægyptiorum ait, dictum fuisse à Platone, *Animum in quolibet corpore simplici excitare Ignem hunc in Sensum cadentem, cæteraque elementa, ex quibus intelligitur, eiusdem Ignis effectricem causam* VITAM ESSE QVANDAM IGNEAM: *Ignemq; qui ad superiorem mundum pertinet, viuere ea vita quæ in Inferiorem influit.* Intelligendum etiam est (quod exquisitè & exaggerata mente inuestigandum memoriæque mandandum censemus) *in eodem Aerem quoque Aquam & Terram viuere, ac multo magis quam in inferiore mundo, quoniam vita ab illis superioribus in hac inferiora influit.* La-

Quomodo Ignis inflammetur & actuetur, suscipiat incrementum.

* *Lib. 8. c. 1.*

Res omnes in mundo conspicabiles vitam

propter τὸ πῦρ ζώειν *ignem viuere* ait Hippocrates libro de Flatibus; Atque etiam Poëtæ veteres, teste eodem Aristotele libro vndecimo * Meteorologicorum vel ipsum Flammulæ crepitum sonitumque τὸν Ηφαίστον γελᾷν, ἢ δὲ τὴν Εστίαν *risum Vulcani aut Vestæ* nominarunt. Quinimo expressior & enucleatior Lucretius libro primo de rerum Natura.

viuunt aliæ Nobiliorem Ignobiliorem aliam, Clariorem aliam aliam obscuriorē.
* Cap. 3.

——— ——— Et Solis terra vapore
Fota nouet fœtus, summissaque gens Animantum
Floreat, & viuant labentes Ætheris Ignes.

Vt potè mouetur per se Ignis & pascitur, quod proprium est Animalium. vnde illud quoque.

——— ——— ——— *Natumque Patremque*
Cum genere extinxem; nec-non illud. ANIMAM EXTINGVAM SENI.

Vnde etiam Græci, vt obseruat Lambinus, *scintillam* ζώπυρον, id est, *ignem viuum*, seu Ignis vitam dicunt: & ζωπυρεῖν *exurere* & *reuiuiscere*, vt notat Suidas, qui & in verbo ζωπυρῆσαι, quod significat *ad vitam reuocare*, *simul & Ignem sopitum excitare*; Addit quoque apud Atticos ζωπυρῆσαι illud vsurpari *de illis qui ex morbo conualescunt siue Naturalem Ignem reuocant* & *quasi reuiuiscunt* Hinc etiam Prouerbium Græcum è Vaticanâ Bibliothecâ depromptum Ζῆ, καῖε πῦρ *viue*, id est, *accende ignem*, & Horatius * libro 3.

* Ode 21.

VIVÆ *que producent lucernæ,*
Dum rediens fuget astra Phœbus.

Item Plautus, nam *si Ignis viuet, tu extinguere extempulo:* Accius etiam in Meleagro.

Tum suum vitæ finem, ac fati internecionem fore

Meleagro, cum torris esset INTERFECTVS FLAMMEVS. Quin etiam Ægyptiorum Sapientes, à quibus suam fermè omnem Theologiam acceperat Orpheus, docebant, teste Herodoto in Thaliâ, Ignem θηρίον εἶναι ἔμψυχον *esse animatam belluam* (quod Μυστικῶς capiendum volumus) *atque omnia quæ nascuntur deuorare, & post sui satietatem vnà cum ipsa re deuoratâ, emori & fatiscere.* Porrò his Hieroglyphicis Vitæ & totius Naturæ arcana mirum in modum perstrinxere vetusti & multiscij illi Sacerdotes, quorum liberior ac potior Philosophandi modus nobis huc vsque satis constat. Quid plura? primo & integro libro de Diætâ, in viuâ Ignis Naturâ dilucidè explanandâ totus incumbit Hippocrates; quâ quidem explanatione diuinus planè καὶ θαυματουργούμενος ab rerum indagatoribus suspici meretur. Consulendus itaque; Interim ad Summam rei reuertamur.

Mira de ignis naturâ scripsit Hippocrates.

Verum-enim-verò de Vita & Indole Mineratum, æquiparatâ demonstratione disseramus. In profundâ autem Telluris abysso omne Minerale ac Fossile viuere, & copioso Aquarum, Salium, Exhalationum, vaporumque Spiritu animari, nutriri & conseruari, quis inficias ibit. Videlicet, alitur Minerale, siue aliud quid Fossile ex circumstantibus sibique accommodatis pabulis, quæ genialiter coquit, sibique ascisscit in nutricatum, conseruationem & incrementum; Augentur verò & crescunt propriis suis in Matricibus Marchasitæ & Lapides, quoniam reapse, exactis quibusdam annis grandescere, ampliari aut minui vel rarescere de-

De lapidum Gemmarũ & Metallorum vitâ.

Augentur Lapides & crescunt. Hinc origo [illegible].

prehenduntur. Quod certè Foſſores & Metallici Artifices in terræ viſceribus arte longâ experientiâque diutinâ expiſcati ſunt.

Quin & aſſiduus diuerſorum Salium prouentus ſuccurrit affatim diſſipatis inſitorum Ignium particulis: Fœcundo enim & multo Sale, Nitroue vario Fodinæ ſcatentes in ſuis inteſtinis incendia producunt, quibus quidem crebra & cœca Metallorum corpuſcula quocúnque volitantia continuò ſublimantur, ac barbascrineſq; Operatorum Ærariorum non inquinant modo, ſed & Neruorum & Cerebri vim atque præſtantiam debilitant ac frangunt. Quum demùm erumpunt Inferni harum Venarum Ignes, & Metalla cœteraque Foſſilia quodam veluti morbo laborant, ac fit eorum vniuerſalis quodammodo Criſis: tunc temporis Ignis Metallicus & Naturalis ſudat & protrudit Chalchanta ſeu potius χαλχάνθεα, nec non diuerſi generis Vitriola, emittitque extrà ſui ambitum & ſuprà terræ ſuperficiem (quâ datâ portâ datur ruere) venenatos Sulphuris & Mercurij halitus, atque Arſenici humores viroſos, quibus ſati propagatique gentiles ac nationales morbi, in genus Hominum, Pecudum, Ferarum, Piſcium & Plantarum ſæuiunt paſſim atque graſſantur. Hinc Sterilitas & Peſtis, diuerſumque τῶν ἐπιδημιῶν genus; Siquidem nouit apprimè Spiritus Mineralis ſuorum alimoniorum ſordes eiectare, quarum Virus, Mephitim & Paedorem qui in Metalla damnati ſeruilem nauant operam mixtis Foſſilibus, malè mulctati experiuntur. Quocircà, ſi nequit Natura Me-

Ratio Peſtis & Morborum vulgarium.

tallica aut Marchasitica, aut Gemmea, Lapideaue, excrementitias suas spurtities foràs expellere, tum demum Metalla, Marchasites, Gemmæ & Lapides morbo succumbunt, corrumpuntur, marcent & intereunt.

Patet vnde Metallorū, Gemm.rum & Lapidum corruptio.

Ignis itaque continuò fugiens & pernix, atque in sui vices & prouinciam alterum sensim subrogans, viuenti cuilibet indiuiduo, siue Animantum, siue Stirpium, siue Matallorum, Fossiliumue commissus dominatur; Ille etenim dum particulari rerum Naturalium subiecto inhærescit & assidet, confestim alimentum trahens atque conficiens, eo alitur, conseruatur & augescit. Propterea res omnes Immensus & per cuncta meabilis sensu afficit & mouet: Sin verò cum ab eis vtcumque exulat (neutiquam enim ab eisdem absolutè digreditur) tunc vitales cessat vllas actiones de se promere. Siquidem Ignis generalis & occultus, qui & totius Orbis Animus est, omnium omnis ætatis Philosophorum consensu, operationum, virtutum, officiorum & facultatum Naturalium Effector, res omnes vitæ competes vnicus moderatur; Hinc Zoroaster quàm diuinè in Oraculis Magicis & Chaldaicis.

Εἰσὶ πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα·

Omnia ab vno Igne producta sunt,

Vel, *vnius* ex Ignis *generantur fomite cuncta.*

Hinc, inquam, vti supra adnotauimus, mundus *τὸ πῦρ ἀείζωον* ab Heraclito plane Orphaico, scitè vsurpatur. Huic isti genuinæ Orphicæ scientiæ suf-

fragantur, * Salomon, Trismegistus, Pythagoras, Empedocles, Democritus, Hippocrates, Anaxagoras, Parmenides, Plato, Aristoteles, Epicurus Zeno, Dionysius, Apollonius Tyanæus, Lullius, Paracelsus, & vno verbo tàm veteres quàm Neoterici plerique Sapientes. Firmiter enim, vt superioribus dissertationibus enucleatè probauimus, apud eos constat ex peculiari atque singulari congregatione vel discretione materiæ seu indiuiduarum particularum, vulgò Atomorum, vitam aut mortem ab Igneo mundi Rectore Spiritu cuilibet impertiri.

* Vulgatum Salomonē intelligimus nempe authorem Salomonicæ Sapientiæ vel potius Iesum Siracidem vt obseruat cum Drusio Vossius Idololatricæ lib. 2.

In cuius sciti confirmationem selectos quosdam primariorum Philosophorum textus clariores lubet huc attexere. Mercurius Pimandræ capite decimo, νοῦς ὀξύτατος ὢν πάντων νοημάτων θείων, καὶ ὀξύτερος πάντων τῶν στοιχείων ἔχει σῶμα τὸ πῦρ· πρὸς τὴν δημιουργίαν χρῆται, καὶ ὁ μὲν τοῦ παντὸς τῶν πάντων· ἡ δὲ ψυχὴ καθάπερ πυρὶ τῷ πνεύματι χρῆται· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ζῶον διοικεῖ. *Mens vniuersalis acutissima existens inter intelligentias diuinas & acutior omnibus corporeis principiis, habet pro corpore* IGNEM; *Opifex etenim vniuersalis,* IGNE *vtitur ad omnium cœlorum opificium, & rerum omnium vniuersi, anima verò quasi* IGNE, *Spiritu vtitur, Spiritus autem* (ID EST, IGNEVS ET ÆTHEREVS SOLIS FLVOR) *animal regit & moderatur.* Huicce luculento Axiomati rectè congruit insignis illa ex altissimis vel Mosis, vti apud Strabonem, vel Zoroastris, vti passim in priscis suorum Magorum Oraculis; vel huiusce nostri Orphei, vel eius Sectatoris Pythagoræ, vel ipsius & Trismegi-

Vel potius Ægypticæ, siue vt abundè demonstrauimus, Orphicæ, Sapientiæ Liber Ter-Maximi Mercurij nomine Insignis.

sti scaturiginibus epota vetus & cana antiquorum Sophorum Doctrinâ, quâ Mentem res omnes nobiliores æque ac viliores cientem atque formantem constituerat Anaxagoras; vti obseruauere Plato, Aristoteles & Laertius; Videlicet Mens ea est, quæ Igni Æthereo insidens & affixa, cuncta componit, tractat & tuetur; Ac proinde τὸ πᾶν, sicut aiebat ille, *ἐκίνησε νοῦς, omnia mouit & digessit Mens vniuersalis siue Ignea* MVNDI ANIMA, haud inconcinnè νοῦς ὀξύτατος ab Hermete Trismegisto, superius laudata; Quoniam tota Ignea, splendens & cœlestis subit, penetrat, agitatque magno se miscens corpore, tenorem totius mundanæ molis vniuersum. Hinc illud tritum & vulgatum Alchemicorum effatum, IN LVMINE NVMEN ET IN NVMINE LVMEN, id est, in Igne Mens vniuersalis latitat, & circà Mentem Ignis Æthereus & Diuinus quasi affixus agglutinatusque versatur. Quoniam, vt hic docet Hermes, Mens generalis habet pro corpore Ignem, & quasi Igne stipatur & circumuestitur, νοῦς ὀξύτερος ἔχει σῶμα τὸ πῦρ, semper enim & necessariò Ignis Ætherius & Mens vniuersalis sibi inuicem comites assident, amboque ita affines, nihil constituunt aliud, quàm Spiritum Igneum, Æthereum, lucidum, cœlestem, & Diuinum, tenebrosam hanc & informem immanis Materiei Abyssum complentem, illustrantem & animantem.

Enucleatur occultum Hermeticorum effatū

Propterea Iouem, qui ab priscis Gentium Theologis, pro Mente siue Animâ Mundi habetur, *πυρίδρομον Igne currentem*, cognominat Diuus Orpheus;

pheus; Eapropter vetus hæc primitùs ſpeculantium Virorum Doctrina iſti Cabaliſtico dogmati planiùs reſpondet, NVLLA RES SPIRITVALIS DESCENDENS INFERIVS OPERATVR SINE INDVMENTO, id eſt, Igne Æthereo, quo res Spiritualis (ſcilicet Mens vniuerſa) vtitur tanquam ſubiecto medio ad ſua munia in rebus Phyſicis ritè obeunda; Ideoque Macrobius in ſomnium Scipionis, ſic infit, *Cum Anima labitur luminoſi corporis amicitur acceſſu;* Imò verò ab his canæ Sophiæ inſtitutis haud alienum prorſus videtur, quod apud pleroſque Hebræorum Talmudiſtas Dominus Deus vulgò dicitur, CHETER ELION *pater luminum;* de quo item Hebræus Rex *Amictus lumine tanquam veſtimento:* atque itidem Pſalmo XCVI, qui dicitur apud Hebræos ſine titulo, piè ſuccinit, πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ *Ignis coram domino, ſiue ante faciem eius.* Pari certe ratione noſter idem Orpheus, Euſebio teſte, Deum pangit in Igneo Throno ſedentem, Σοὶ δ᾽ ἐν θεότῳ πυρόεντι· Quin & Democritus in ipſum eumdem ſcopum rectiſſimè collimare videtur; Verum quoniam Naturæ Vniuerſæ ſiue diffuſæ per orbem magnæ illius Animæ οὐσίαν puriſſimam, cœleſtem atque corporeorum elementorum haud quaquam participem intelligere nequit, generalem hanc, quæ Dei Vicaria, illique ſubalterna exiſtit, totius mundi Δυνάμιν principem & independentem ſtatuit; Atque ideò illam eamdem eſſe Deum (more vetuſtiſſimorum tam Poetarum quam Philoſophorum) apertè & clarè proferre non ambigit, ait enim νοῦν

Explicatur hic XVI. Concluſio Ioannis Pici Mirandulæ ſecundùm ſecretam Doctrinam Sapientum Cabaliſtarum.

L

τὸν θεὸν ἐμπυρειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν, *mundi Animam esse Mentem & Deum Igneum siue in Igne versantem & quasi latitantem ;* Eam ferme ob causam Persarum Magi, authoribus * Firmico & * Tyrio Maximo, Ignem pro numine colebant, quoniam Ignem proprium & peculiarem Deo, princeps Magorum Zoroaster professus fuerat. Quare his olim Ænigmaticis metris, ita suæ ratiocinationis Mysticæ tenorem prætexit.

* *Lib de errore prophanæ Religionis*
* *Tyrius Max. dissertatione 38.*

Ἑαυτὸν ὁ πατὴρ ἥρπασεν,

Οὐδ' ἐν ἑῇ δυνάμει νοερᾷ κλείσας ἴδιον πῦρ.

Seipsum pater cita MENTE *concepit*, &. vt ita dicam, *rapuit.*

Nec in ea facultate intellectuali propriũ inclusit IGNEM.

Vel vti Latinis versibus obscurè adhunc modum expressit Federicus Morellus, libello Heroicorum Zoroastris Oraculorum.

Diripuit se se Pater,

Nec Mentis propria vi clusit NVMINIS IGNEM.

Quæ quidem Zoroastris sacra Effata satis frigidè interpretatus est eius Commentator Psellus, verum consultius Pletho in hæc eadem Oracula Magica; exponit enim laudatum ab Zoroastre τὸ ἴδιον πῦρ, τὴν ἰδίαν θεότητα *proprium Ignem esse propriam Diuinitatem,* vti superius innuerat idem Zoroaster,

Εἰσὶ πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα.

Ab vno IGNE *omnia sunt producta.*

Id est, inquit Pletho à Deo manarunt, propterea quod, vt alibi item docet πυρὶ γὰρ τὴν θείαν φύσιν τὰ λόγια πάντα ὡς τὰ πολλὰ σημαίνει *per Ignem vbique hæc Magi-*

ea Zoroastris Oracula Diuinam Naturam significant. Namque Iupiter in Igne proprio, sicuti hic loci censuit Zoroaster, inclusit Mentem, non autem Menti vniuersali proprium & sibi peculiarem Ignem insinuauit: Verum illam ipsam Mentem huiusce Diuini Ignis quasi vallo sepiuit, instrumento muniuit, Lumine illustrauit. Quocirca Tullij Secundo de Consulatu, vti palàm fit libro de * Diuinatione, apertius & ad hoc intentum accommodatius, Orator ille Romanus peræquè ac Philosophus aliquandò pronuntiauit. * *Libro 1.*

Principio Ætherio flammatus Iuppiter Igni
Vertitur, & totum collustrat lumine Mundum,
Menteque Diuinâ *Cœlum Terrasque petiscit,*
Quæ penitus sensus hominum Vitasque retentat,
Ætheris æterni *septa atque inclusa cauernis.*

Veteres Poëtæ perinde ac Philosophi Mentem in Igne Æthrio statuebant.

Proptereáque apud nostrum Orpheum Vulcanus vocatur ὀβειμόθυμος *fortem animum habens.* Siquidem Ignis siue Vulcanus magnam & vniuersam Iouis Mentem in se se continet. Atque ideò apud Homerum & Hesiodum Minerua nuncupatur γλαυκῶπις ὀβειμοπάτρη, *ex fortis Iouis patris Mente genita* Pallas. Videlicet apud priscos Poëseos Sophistas (loquimur Platonis vocem) Iuppiter erat Ignis Æthereus, vtpote, vniuersâ illâ Mundi Mente præditus. Iccircò Pythagoras Samius Orphicorum sectator acerrimus, Iouem, à quo afflatus haud inuestigata ingeniis veterum Sophorum cecinerat, MENTE PRÆDITVM ÆTHERA vsurpabat. Quare, ait penes Ouidium, vt augustæ Mentis referem Oracula,

Mens vniuersa iuxtà veteres in Æthere latitat.

necessum est, recludam ipsum Æthera: Sic autem pangit Naso.

15. Metaphors.

Et quoniam Deus ora mouet, sequor ora mouentem
Rite Deum, Delphosque meos, ipsumque recludam
Æthera, *&* AVGVSTÆ *reserabo oracula* Mentis.

Quod quidem enucleat illud sexti Fastorum, illud inquam vulgatum apprimè, apprimeque ignotum, quia minimè conceptum:

Est Deus in nobis agitante calescimus illo;
Impetus hic Sacræ *semina* Mentis *habet.*

Scilicet si humanis in pectoribus immortale θερμὸν, de quo mira Hippocrates initio libri de principiis, Entheorum munerum satagit: ibi quoque Sacræ Mentis semina cœlestibus illis Igniculis ac diuinæ Auræ particulis stipata necessariò conuersantur. Hac de Caussâ apud Homerum Iuppiter habetur αἰθέρι ναιὼν *Æthera habitans*, quoniam Mens illa mundanæ molis vniuersa in Igne Ætherio silens & rerum producendarum οὐσίας ac species apud se meditata, delitescit; Ea propter ille idem noster Orpheus & longè antè Homerum, referente apud Eusebium Porphyrio, de Deo ita loquitur; adiugat enim Mentem cum Æthere.

Lib. 3. cap. 9. præparationis Euang.

Νοῦς δ' ἦ γε ἀψευδὴς βασιλήιος ἄφθιτος Αἰθήρ.
Mens verax nullique obnoxius Æther.

Atque itidem ipse Thracius Theologus iuxta Clementem, *

* Stromat lib. v.

Θελκτὸς ἀπτόητος, μέγας ἄφθιτος ὃν στέφει Αἰθήρ.
Magnus & expers interitus qui est Æthere cinctus.

Porrò Romani, regnante Numâ, atque in Latio

florentibus Orphicis institutis, Ignem colebant; Hinc illud Ennianum, *Aspice hoc sublime candens*, id est, IGNEM ÆTHEREVM, *quem vocant omnes Iouem.* Etenim Ennius, Vnà cum veteribus Hebræis, Phœnicibus, Ægyptiis, Hetruscis, Orphicisque hanc prorsus doctrinam sapiebat & tuebatur; Hinc & illud, quod citat Priscianus ex Epicharmo Ennij.

Terra corpus est: at mentis Ignis est.

Id est: Mens illa ipsa, quam complectitur & circumambit Ignis Solaris & Æthereus; Qui quidem Ignis, iuxtà veteres illos, vim & facultatem Dianoeticam cunctis animalibus, & præcipuè Homini spirat ac infundit; Hunc autem Ennij versum Iosephus Scaliger suis in quartum Varronis Librum coniecta neis, ita integrum enuntiandum esse censet,

Prisci Corpus ab Elementis, Mentem verò ab Igne Ætherio mutuari & pendere sibi fingebant.

Isthic est de Sole sumptus Ignis; isque Mentis est.

Vt pote Ennio Poëtæ Orphaico penitus constat Mentem vniuersalem siue Iouem Deum Hominumque Patrem & Regem, in Solari Diuinoque Igne suum posuisse tabernaculum: nec-non ab eo Animas ac Mentes Hominum cœterarumque Animantum constitui penitus & iugiter exhauriri; ac proinde Pacuuius.

Mater est Terra, ea parit Corpus, Animam Æther adiugat.

Et Mineus Fœlix secundo de Nuptiis Philologiæ libro, mira de Deo his versibus modulatur.

Ignoti vis celsa Patris, vel prima propago,
Fomes sensificus, Mentis fons, Lucis origo,

Da Pater AETHEREOS MENTIS *conscendere* COETVS.

Porro hunc Ignem Æthereum, Naturamue Cœlestem vocat * Stagirita corpus ἀγένητον, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἀναυξὲς, καὶ ἀναλλοίωτον, *ingenitum & corruptionis, accretionis, & alterationis penitus expers.* Quare subdit, *omnes homines qui Deos esse putant* τὸν ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον *supremum Naturæ Diuinæ locum tribuerunt, quales non solum Græci sed etiam barbari:* Vt pote, ait ille, quod τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συνηρτημένον ὂν, *quod Immortale ad Immortale est aptatum & agglutinatum;* Siquidem illum supremum locum Immortalem, ingenitum atque corruptionis alterationisque impatientem AETH[E]RA, nec-non quintam, καὶ πέμπτην οὐσίαν vocitarunt Peripatetici.

* Libro 1. de Cœlo c. 3.

Quin & Chaldæi, vti refert Hieronymus quæstionibus Hebraicis in Genesim, temporibus Abrahami Æthera siue Ignem, pro Deo habebant ac venerabantur; venerabantur enim in montibus editis, & in locis vulgò EXCELSIS. Cuius forsan superstitionis insimulare Iudæos conatur Iunius: dummodò emendationi Canterianæ astipulemur.

Quidam sortiti metuentem Sabbata Patrem
Nil præter Nubes & cœli Lumen *adorant.*

Iuue: li Satyrá. 14.

Quin etiam apud Psellum, Oracula vulgò Chaldaica Mentem vocant Igneam, πύρινον Νοῦν. & iuxtà eadem Oracula, Anima est Ignis Lucidus.

——— ——— — ψυχὴ πῦρ ἐστι.

Siue *Diuinæ Auræ Particula* vti loquebatur Horatius, cui congruit illud Heracliti αὐγὴ ξήρη ψυχὴ σοφωτάτη, *splendor siccus est Animus Sapientissimus.* Eadem pror-

ſus parilique ratione adducti quidam ex Rabbinicâ Cabaliſtarum turbâ, verum longè à Mente Diuini Moſis alieni & deflectentes, hos ſanctos textus * Exodi, *Apparuit Deus in flamma Ignis*, & altero * capite; *Eò quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper montem Sinai in* IGNE, iuxta valgarem hanc Triſmegiſti, Zoroaſtris, Orphei, Pythagoræ, Gentiliumque Theologorum opinionem vltrò commentati explicuere. Ideóque ſecundùm quoſdam Talmudiſtas ſacrum illud Dei nomen ESCH fuit à Moſe vſurpatum, eò quod IGNEM vulgo ſonet; Quidni, veteres Phyſiologos imitatus, vt ſuperius à nobis obſeruatum fuit, Peripateticorum * princeps, abditiori huic doctrinæ aſſentitur & ſubſcribit; ſicuti animaduertit Cicero libro de Naturâ Deorum. Imò etiam apud Plutarchum libro primo de Placitis Philoſophorum, illud idem ſuſtinet Ariſtoteles *τ̀ ἀνωτάτω θεὸν εἶδος χωριστὸν ἐπιβεβηκότα τῇ σφαίρᾳ, τοῦ παντὸς ὕλης ἐστὶν αἰθέριον σῶμα τὸ πέμπτον ὑπ' αὐτοῦ καλούμενον. ſupremum Deum ſecretam eſſe formam ſeu ſpeciem, quæ globo vniuerſi inſidet, qui quidem globus corpus eſt Æthereum ſiue Ignis, quintum elementum ab eo nuncupatum.* Quod certè quintum Ariſtotelis elementum, vti ſupra ex noto illius textu, demonſtrauimus, proportione reſpondens Elemento Stellarum, totum lucidum, mobile, vitale, intellectuale, Ætherium, haud interitui obnoxium, Immortale, magiſque Diuinum, quamquæ vulgò vſurpantur Elementa, ab Hippocrate θεῖον θερμὸν, & ab Triſmegiſto, vt antea deſignauimus, ACVTISSIMVM OMNIEM ELEMENTORVM,

* *Capite 3.*

* *Cap. 19.*

Quid de Igne & de Deo iuxtà Cabaliſtas, Hic memoratur.

* In iſtam quam de Ariſtotele exponimus Sententiam, te erè nimis inſurgit ac debacchatur Iulius Scaliger ſua in Cardanum exercit 365. ſect 4. pag. editionis Michaelis Vaſcoſani 473.

MENTEQVE PRÆDITVM, νοῦς ὀξύπεος πάντων τῶν στοιχείων vocitatur. Quod quidem Elementum omnis corruptionis expers, planéque diuinum, eò quod perpetuò circunferatur in orbem, apud Sextum * Empiricum τὸ κυκλοφορητικὸν σῶμα *corpus in orbem versatile* dicitur; Cuius corporis Ætherei, Quintiue Syderum Elementi, seu Ignis κυκλοφορίαν, fusè demonstrat Stagirites Septimo & Octauo φυσικῆς ἀκροάσεως libro; maximéq; Primo & Secundo de Cœlo. Porrò hunc Ignem siue Ætherem Mente præditum vocat Maro.

Ætherium Sensum, atque Aurai simplicis Ignem.

Id sibi vult, inquit, Commentator * Seruius *Deum siue Ignem sensualem* πῦρ νοερὸν *per quod quid sit Anima rerum omnium ostenditur;* Simillimum prorsus Dogma, testibus Cicerone & Laertio, Stoicorum Princeps Zeno profitetur, atque ideo τὸ πῦρ νοερὸν *siue Mentis compotem Ignem*, aliàs τεχνικὸν, *siue artis participem*, Siquidem quasi alter imò & idem ipse Protheus, vt Orphico eius Hymno designauimus.

——— ——— ——— *Haud immemor Artis,*

Omnia transformat se se in miracula rerum.

Aliàs tandem ἡγεμονικὸν *siue Rectorem ac magnum rerum Administratorem* efferre non diffidit. Nos autem arbitramur scientiam hanc, ab Heraclito (vti & Heraclitum penés * Clementem ab Orpheo) mutuatum fuisse Zenonem, vnà cum vniuersâ suâ Porticu, sicuti libro de Naturâ Deorum apud Tullium Balbo exprobrat Cotta his verbis, *sed omnia Stoici vestri Balbe solent* AD IGNEAM VIM *referre*, Heraclitum, Orphicum ἁπλῶς, vt opinor sequenteis.

Communis

* Lib. 3 Pyrrh. Hippot. cap. 4.

Vide quæ de Natura Ignis Ætherij scripserimus dissertatione in Philosophiam Epicuream ad Petrum Gassendum.

* In 6. Æneidos.

* Stromatum lib. 6.

Communis insuper & vnanimis priscorum Authorum de Igne Ætherio, seu rerum vitâ, consensus memoratur.

CÆterùm Zoroaster omnia ab Igne condita & concinnata hoc decreto sancire velle videtur εἰσὶ πάντα πυρὸς ἑνὸς ἐκγεγαῶτα *genita sunt omnia ex vnico Igne.* Huc pariter cedit constans & ponderandum Hippocratis pronuntiatum τὸ πῦρ πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ, καὶ τάδε καὶ ἐκεῖνα. *Ignis omnia in totum regit & gubernat hæc & illa.* Imo verò pressius enucleatiusque Diuinus Senex in altero textu sic habet ζῶον κινέεται ὑπὸ τοῦ πυρὸς, κινεόμενον δὲ ζωπυρέεται καὶ προσάγεται τὴν τροφὴν, *Animal Igne mouetur, Motum verò ab Igne viuit & ad se trahit alimentum.* Verùm paullò supra etiam atque etiam inculcare nititur has voces, τὸ πῦρ δύναται πάντα διὰ παντὸς κινῆσαι. *Ignis potens est omnia per vniuersum mouere;* Illud ipsum Stagirita Tractatu de Respiratione sic docet, πυρὶ γὰρ ἐργάζεται πάντα. *ab Igne cuncta fiunt & perficiuntur.* Ad hæc Socrates cum Theæteto apud Platonem colloquens disertissimo sermone decernit, τὸ γὰρ θερμόν τε καὶ πῦρ ὃ δὴ καὶ τἆλλα γεννᾷ καὶ ἐπιτροπεύει. *Calidum, id est, substantia Ætherea Calida & Ignis, est qui talia quidem generat & summo imperio regit & moderatur.* Ideo Lucippus & Democritus Animam, quæ principium est omnis Motus seu Animalis, seu Mineralis, arbitrati sunt esse Ignem iuxtà eam, quam refert Aristoteles, opinionem libro primo de Anima. Δημόκριτος πῦρ τι καὶ

Lib. 1. de victus ratione.

Ibidem.

Cap. 2.

θερμὸν φησὶ τὴν ψυχὴν εἶναι· ὁμοίως δὲ καὶ Λεύκιππος ὑπολαμβάνοντες τὴν ψυχὴν εἶναι τὸ παρέχον τοῖς ζώοις τὴν κίνησιν. *Democritus Animam esse Ignem quemdam & calorem dicit, similiter & Lucippus quoniam illi autumant Animam esse quod præbet Animalibus Motum.* Item Dionysius sic

Liber de Cœlesti Hierarchia cap. 15.

habet τὸ πῦρ αἰσθητὸν ἐστὶ ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων ἀμιγῶς φοιτᾷ, ἀνανεωτικὸν τῇ ζωοπόρῳ θερμότητι ἀκατάλυτον κινητικὸν ἐπίεργον, δραστήριον, δυνατὸν, ἅπασι παρὸν ἀοράτως. *Ignis sensibilis inest omnibus rebus & per omnia impune peruadit, restaurat omnia vitali & natiuo suo calore, semper est mobilis, mouet omnia operatur continuoque potens & est omnibus inuisibiliter præsens.* Ignis ergo cœlestis siue Æther, qui est

De perenni rerum mutatione.

Iupiter nempe Anima Mundi principium est Motus qui Vitæ & Mortis seu Compositionis & Resolutionis causa vnica versatur. Quapropter sit Tat

Lib. Ægyptiorum sacerdotum cap. 12.

alloquitur Mercurius * in Pimandra πᾶν τὸ ὂν κόσμῳ κινούμενον ἢ κατὰ μείωσιν ἢ αὔξησιν. τὸ δὲ κινούμενον, καὶ ζῇ. τὸ δὲ ζῶον πᾶν, οὐκ ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναι· ἐπεὶ τί τῆς ζωῆς ἐστὶν ἡ ἐνέργεια; οὐχὶ κίνησις. *Omne existens in Mundo est mobile, aut secundum Deminutionem aut accretionem; quod verò mouetur viuit, quod verò viuit non necessariò idem est. Interim quæ est vita vis? nonne Motus.* Pergit vlterius Trismegistus,

Cap. 12. ibid.

ita enim videtur ratiocinari; *Quod viuit mouetur, & quod mouetur simul & moritur: non enim idem esse sustinet, scilicet* præ Compositionis aut Resolutionis ab Igne præstitæ alternatione irrequietâ: Ait enim μεταβολὴν θάνατον εἶναι διὰ τὸ μὲν σῶμα διαλύεσθαι, τὴν δὲ ζωὴν εἰς τὸ ἀφανὲς χωρεῖν τοῦ διαλυομένου. *Mutationem mortem esse, propterea quod corpus dissoluitur, vita verò in imperceptibilem & latentem dissoluti segregationem effluit.* Siquidem

Vita Mortalium mentitur ſpuriam quamdamdurationem quæ Vita vſurpatur. τὸ γὰ, Vt rurſus ſubiungit idem Hermes θνητῶν εἶδος καθημέραν ἀλλάσσεται χρόνῳ γὰρ τρέπεται εἰς αὔξησιν καὶ μείωσιν ὡς ψευδός. *Mortalium namque ſpecies ſiue forma in dies mutatur, temporis enim fluxu variatur augeſcendo & minuendo quaſi ſit mendacium Naturæ.* Qua de cauſſa Ægyptij ſuis in Hieroglyphicis & Myſticis Figuris Mundum ſiue Naturam hanc aſpectabilem exprimere ſtudentes Serpentem, qui ſuam voraret caudam, depingebant. Quoniam ſerpens ille, ſicuti refert Horus Apollo, ideò quod ὡς τροφῇ χρῆσθαι τῷ ἑαυτοῦ σώματι, σημαίνει τὸ πάντα ὅσα ἐν τῷ κόσμῳ γεννᾶται πάντα πάλιν καὶ τὴν μείωσιν εἰς αὐτὸν λαμβάνειν. *Velut cibo vtatur ſuo corpore, id ipſum ſignificat quæcumque in Mundo gignuntur, ea rurſùm in eumdem reſolui & deminutionem ſiue mutationem pati ac ſuſtinere.* Res enim omnes perenni & intimo Animæ vniuerſæ, ſiue Iouis ac Spiritus aut Ignis Ætherei motu vel componuntur, vel diſſoluuntur. Nulla verò Compoſitio citra Diſſolutionem aliquam, neque diſſolutio abſque Compoſitione vlla; Siquidem Subſtantia Ignea cœleſtis & Ætherea ſiue Natura quouis in ſubiecto numquàm lenta ac otioſa, ſed operoſa ſemper & mobilis aliquid tractat & molitur. Quocirca Timæus Pythagoreus apud Platonem ſic loquitur. Mundus αὐτὸ ἑαυτῷ τροφὴν τὴν ἑαυτοῦ φθίσιν παρέχον *ſeipſum conſumptione ac ſenio ſui ipſius alit.*

Cap. 13.

Conſtat Natura cõſpicabilis perenni ſuâ inconſtantiâ.

De perenni rerum mutatione, quâ cuique clariùs patet, Vitam & Mortem sibi inuicem comites iugiter & necessariò adsidere.

EX his igitur adamussim examinatis nec inconsulte perpensis, colligere est, omnem Motum ab Igne, Vitam autem & Mortem ab Motu simul proficisci ac pendere. Ideoque Vestæ siue Ignis Filius Saturnus, qui principium Naturalis omnis Motus, eiusque proprietas assidua, nempe Tempus & iuxta Græcos Κρόνος existit, Filiorum suorum Genitor simul & Necator, id est rerum omnium Editor perinde ac Consumptor ab veteribus gentium Mystis haud immeritò dicebatur. Eamdem ob causam ipsius Saturni coniux Ops iuxta Ennium, vti refert Varro libro quarto de Linguâ Latinâ *terris genteis omneis dedit & resumit denuò*, & Poëta Stellatus

Quare Saturnus Filiorum Genitor perinde ac Necator ab veteribus Poëtis fictus.

Omnia fert Tempus, pariter rapit omnia Tempus.

Propterea Socrates in Theæteto concludit quod τὸ εἶναι δοκοῦν καὶ τὸ γίνεσθαι κίνησις παρέχει *Motus efficit vt illud quod esse & fieri videatur, sit & fiat.* Iccircò magnus Hippocrates γίνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι τ' αὐτὸ *generari & interire siue dissolui idem esse* diserte pronuntiat. Quin imo subdit sagax ille Cous, Trismegisto expressâ dissertatione vtcúnque astipulatus ξυμμίγῆναι καὶ διακριθῆναι τ' αὐτὸ, γίνεσθαι ξυμμιγῆναι τ' αὐτό. ἀπόλλυσθαι μειωθῆναι διακριθῆναι τ' αὐτὸ, ἕκαστον πρὸς πάντα καὶ πάντα πρὸς ἕκαστον τ' αὐτό. *Commisceri & discerni idem, generari idem est quod commisceri: interire & imminui idem quod discerni & se-*

Lib. 1 de Diætâ.

parari: vnumquodque ad omnia & omnia ad vnumquodque idem sunt. Præclarum certè & illustre Decretum nec-non ad Instituti nostri rationem accommodum planè natumque; Vt putà perennè dissoluuntur aut vniuntur indiuiduæ mixtorum particulæ Igneæ siue semina Ætherea cœlestesque ac sidereæ Atomi, & varias alternis induunt, imo adulterant rerum species atque formas, quibus erraticam Naturæ Constantiam vagæ & palantes conseruare nituntur. Quamquidem Philosophiam profitebatur Plato, diuini Orphei sectatorem Pythagoram in his vltro sectatus; Quin etiam Cratyli & Heracliti ἁπλῶς Orphici opinionibus assuetus, rei Physicæ scientiam flocci ducebat, sicuti obtrectat Aristoteles Metaphysicorum libro primo. Illic enim Platonis ratiocinium proponens ἁπάντων, inquit, τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης *omnes res sensu perceptibiles ita iugiter effluunt vt de iis minimè possit dari scientia.* Quippe vniuersalis rerum Motus ab Igne generali rerum Motore, id est, Ioue, excitus & editus indefesso nisu amplam materiei molem tractando exagitat, exagitando informat, & informando diuinitus Animat, ac moderatur. Quinimo tam latè patentis Naturæ vniuersæ faciem quibusdam quasi fucis & inuolucris laruatam ita prætexit, vt Sensus nostros ludere, Mentemque nostram vixdum effascinare videatur. Quocirca sapienter Salomon olim si est effatus *generatio præterit, generatio aduenit, vidi in omnibus vanitatem & nihil permanere sub Sole:* Videlicet, sub Sole, siue sub

Quod post Iamblichũ ambo pici Mirandulani innuerũt;

Cap. 6.

Nulla Vita citra Mortem, neque Mors vlla citra Vitâ.

Igneorum Spirituum Fonte per σύγκρισιν & διάκρισιν corporea cuncta agitante Vita & Mors, Lis & Amicitia, Iuppiter & Orcus, Lux & Tenebræ toti mundo sensibili, quasi discorde concordiâ ac munere reciproco, præsident & opitulantur. Illud idem Pythagoras apud Ouidium ita docet,

Metamorph. 15. lib.

——— ——— *Nihil est toto quod perstet in Orbe,*
Cuncta fluunt, omnisque vagans formatur Imago,
Nil equidem durare diu sub Imagine eadem
Crediderim.

Virgil 10 Æneid. Homer. 19. Iliad.

Ita apud Virgilium Miles ille moriturus sic Equum, vti apud Homerum Achilles Xanthum, quasi differendo alloquitur,

Rhebe diu, Res si qua diu mortalibus vlla est.

Circa illud parile ex Neotericis Fracastorius probatissimus Poëta-philosophus haud secus modulatur,

An nescis quæcumque hic sunt quæ hâc nocte teguntur
Omnia, res prorsus veras non esse, sed Vmbras:
Numquam eadem, fluxus semper variata perenni,
Et quæ consistunt ex iis, hæc omnia tenues
Sunt vmbræ, humanos quæ tanquam Somnia quædam
Pertingunt Animos Fallaci & Imagine ludunt.

Cap. 14.

Et diuinus psaltes ipsi peribunt tu autem permanes & omnes sicut vestimentum veterascêt. Hine Boethius, Ita-

Simillimas in voces querulus Iobus erumpit, quæ sunt Microcosmi diuinitus inuestigans. *fugit velut vmbra & numquam in eodem statu permanet.* Porro vt recte animaduertit Socrates in Platonis Theæteto, Poëtarum in vtroque Poëmate summi: vt porè in Comœdiâ Epicharmus & Homerus in Tragœdiâ, hac de re plurimum inter se consensere. *Nam cum*

Oceanũ diceret Homerus Vltroneus Orphei Sectator, vti iam testati sumus, *Deorum genitorē & Matrem Tethim, omnia ex fluxu motuque genita prædicauit.* Atque ideò paullò suprà, inter Græcos Laudatissimus Socrates vna cum veteribus his Sophis Protagorâ, Heraclito, & Empedocle, sic effatur, οὐδέποτ' οὐδὲν ἀεὶ δὲ γίγνεται *in mundo nihil vmquam est, semper verò fit.* Cuius Dogmatis rationem reddit Democriti & Epicuri acerrimus sectator Lucretius.

bilisq; manens dat cuncta moueri, lib. de Consolat. Philos.

Lib. 1.

Namque alid ex alio reficit Natura, nec vllam
Rem gigni patitur nisi Morte adiutam alienâ.

Siquidem, vt ait Pithagoras apud Ouidium limatiori vtcumque versuum tenore. Metamorph. 15.

Nec species sua cuique manet, rerumque Nouatrix
Ex aliis alias reparat Natura Figuras.

Eodem igitur momento res Naturales Vitam simul agunt & Mortem patiuntur. Quoniam Motus, qui Vitæ & Mortis principium idem & solitarium est, complectitur vniuersalem Naturæ essentiam. Inde in Hymno Naturæ pangit Orpheus φύσι κινησιφόρε *Natura Motus ferens.* Nimirum Motus primaria est & radicalis Solius Spiritus Ignei, id est, Iouis siue Animæ mundanæ singula cientis & animantis proprietas, semper enim mouet & à se mouetur Ignis, *Dialis* ἁπλοῦς, Æthereus, & inuisibilis: ac proinde huicce intento obsecundans Dionysius, vt vulgò vsurpatur, Areopagita, sic planiùs de Igne loquitur τὸ πῦρ ἀεικίνητον, ταυτοκίνητον, κινητικὸν ἑτέρων, *Ignis semper est mobilis, seipso mouetur & mouet cætera,* Quod quidem patet penes diuini Platonis sen-

Lib. de Cœlesti Hierar. cap. 5.

Ignis proprietas iuxtà Dionysium.

Libro 2. de Natura Deorum.

Cap 6.

* *Seu à Pithagorico Cecrope vt docet Ariſt. Teſte Cicerone lib. 1. de Natura Deorum, vel vt quidam à Cercope, vel vt alij, ab Onomacrito inter quos Sextus & Suidas vnà cum Chriſtianis Patribus.*

Homer. 23. Iliad.

Lib. 10 de Diata.

*Ioannes ad hæc picuus cap. 2. in Hepraplum Vidimus. inquit, ſuper aquas id eſt fluxas diſpoſitiones Materiæ ferri Spiritum Domini nõ vti cauſam principalẽ ſed vti Spiritum Domini, id eſt, Organum diuinæ artis & vim Cauſſæ agentis.

tentiam ab Cicerone in Romanum ſermonem traductam. *Ex mundi ardore* (putà Æthereo Igne ſiue Ioue, qui itidem eſt Anima mundi) *Motus omnis oritur, is autem ardor ſiue Ignis ſuâ ſponte mouetur*, vt pote τὸ πῦρ αἰθερειῶδες *quócumque incedit* τὸ αὐτόματον. Atque vt loquitur Marſilius in librum Plotini de Amore, *per Ignem vita, motuſque viget*; Ideo ab Heſiodo Ignis debitè nuncupatur INDEFESSVS πυρὸς μένος ἀκαμάτοιο *Ignis Robur indefeſſi.* Et ab * Orpheo ſimiliter in metris diuinis ἀκαμάτου πυρὸς ὁρμὴ *indefeſſi Ignis Motus.* Quod & Homerus pari ratione concinit ἐπιφλέγῃ ἀκάματον πῦρ *comburat indefeſſus Ignis.* Quin & iterum ipſe noſter Orpheus in Hymno Vulcani metro primo Ignem inuocat hoc Epitheto inſignitum ἀκάματον πῦρ *indefeſſe Ignis.* Quare Hippocrates, in huiuſce priſcæ Doctrinæ conſtitutionem & fundamentum his à me laudatis Auctoribus vtique aſſentatur τὸ πῦρ, πάντα διὰ παντὸς κυβερνᾷ καὶ τὰ ἧδε καὶ ἐκεῖνα οὐδέποτε ἀτρεμίζον *Ignis omnia in totum gubernat & moderatur hæc & illa neque vnquam quieſcit* INDEFESSVS.

Quapropter Mundana hæc Corporearum, quæ vniuerſam materiem conſtituunt, Atomorum ſiue fluxæ materiæ * congeries, commune latéque patens ἐπισκοποῦσι nobis φιλοσόφοις videtur Naturæ theatrum, vbi Cœleſtes & Ætherei Ignes ſiue Mundi Spiritus, iuxtà variam infuſæ Mentis Idæam ac πολυτύπωσιν, plurimas diuerſaſque, quas contemplamur rerum Perſonas agunt ac ſuſtinent : Vt pote Ignei illi Spiritus præ magnæ Mundi Animæ in-

teruentu

teruentu & officio Diuinarum Idæarum imitatores perpetui, aſpectabilem Maſſæ mundanæ Scenam decreto ac ſtato ordine ingrediuntur; qui maximè ſint, hanc magnam quam incauti circumſpicimus, mortalium caducarumque rerum Hiſtrioniam, exerciturі. Illic cuncta entia Phyſica & quæ ab eis pendent & proficiſcuntur variæ adminiſtrandorum Hominum Formæ Politicæ, nec-non Religiones fermè omnes (exceptâ omnimodè Catholica, Apoſtolica & Romana quæ diuinitus à gratiâ, non autem à Naturâ ſuam mutuatur exiſtentiam) ortum ſui progreſſum & denique interitum neceſſariò ſortiuntur. Quare Manilius Aſtronomicωn Libro quarto.

Naſcentes morimur, finiſque ab origine pendet.
Tunc & Opes, & Regna fluunt, & ſæpius orta
Paupertas, Arteſque data, Moreſque creati,
Et Vitia, & Clades, Damna & compendia rerum.

Quod heu! ſæpe-ſæpius euenit oriturq; non ab internis ſolummodo principiis, imo verò ab accidētibus & extrariis Cauſſis, quarum principes recenſent Plato, Ariſtoteles, Ocellus, Strabo, Epicurus, cœterique cum priſci tum nuperi longe Sapientiſſimi. Namque, quod apud Græcos celebrata illa τῦ ὅλου παλιγγενεσία, ſeu Magnæ Ariſtotelis & Platonis Mutationes, quas quidem, in noſtrâ vetuſtiſſimâ Orphei Theologiâ abundè enucleauimus, ſiue Aurea Saturni Ætas, & apud Romanos Magnum Iouis incrementum, illud fermè idem eſt apud Cabaliſtas & ſecretiores Rabbinos ſiue Magiſtros vulgò di-

Videas varia de his apud Cenſorinum de die Natalitio & apud Salmaſium de Annis Climactericis.

ctos Mecubales, Magnum ac tantópere Celebratum Iobileum.

De Magnis Mundi Mutationibus.
Corollarium.

QVibus iisdem causis Mundi *παλιγγενεσίαν sive magnum Iouis incrementum*, * identidem fieri autumat vulgaris ille Trismegistus in Asclepio, *Deus Omnipotens & vnus Mundi gubernator malignitatem omnem, vel Alluuione diluens vel Igne consumens vel Morbis Pestilentiisque per diuersa loca dispersis finiens, ad antiquam Faciem Mundum reuocat;* Hanc verò doctrinam ex priscorum Sapientum fontibus hausisse Machiauellum perspicuum est. * Sic enim habet, *ex cælorum influxu perit rerum antiquarum memoria, ipso humani generis interitu qui propter Pestes aut Diluuia aut Famem euenire solet, neque vero dubitandum censeo quin statis temporibus huiusmodi Pestes, Fames atque diluuia per orbem terræ grassentur, cum earum mentione pleni sint libri Historiarum.* Huc accedit, persequitur idem author; *Quod consentaneum est rationi vniuersum Mundum quandoque expurgari oportere, vt rerum Vniuersitas in melius progrediatur.* Simili prorsus sermone suum de Mundo libellum concludit Pihilo-Iudæus φθοραὶ τῶν κατὰ γῆν οὐκ ἀθρόων ἁπάντων, ἀλλὰ τῶν πλείστων δυσὶ ταῖς μεγίσταις αἰτίαις ἀνατίθενται, πυρὸς καὶ ὕδατος ἀλέκτοις φοραῖς κατασκήπτειν δὲ ἑκάτερον φάσιν ἐν μέρει, ἐν πάνυ μακραῖς ἐτῶν περιόδοις ὅτε μὲν οὖν ἐμπρησμὸς καταλαμβάνει, καὶ ῥεῦμα αἰθερίου πυ ρὸς ἄνωθεν ἐκ-

* Vti medulatur Virgilius Eclogâ 4. in Laudem Cæsaræi Imperij, Platonicã, seu potiùs Pythagoricam & Orphicam de παλιγγενεσία siue Mundi renouatione & Magno Vniuersæ illius Animæ incremento Doctrinam vtrumq; ac μαντικῶς delibat.

* *Disput. lib.* 2. *cap.* 5.

χεόμενον, πολλαχῆ σκεδάννυται μεγάλα κλίματα τῆς οἰκουμένης ἐπιτρέχον. ὁτὲ δὲ κατακλυσμὸς ἄπαισαν τὴν ὕδατος κατασύρει φύσει αὐθιγενῶν ποταμῶν καὶ χειμάρρων οὐ πλημμυρούντων μόνον. ἀλλὰ καὶ τὰ καθεστῶς ὑπερβαλλόντων τῆς ἐπιβάσεως. κατὰ δὴ τοὺς λεχθέντας τρόπους, διχαμυείων ἄλλων βραχύτερον φθειρομένου τοῦ πλείστου μέρους ἀνθρώπων ἐπιλιπεῖν. ἐξ ἀνάγκης καὶ τὰς τέχνας. *Terrestrium interitus, non vniuersorum, sed plurimorum causis duabus maximis imputantur : Ignis scilicet & Aquæ inusitatæ Abundantiæ & quam nemo exprimere queat sermone, vtramque enim illam vim in terris decumbere alternis aiunt, longissimis Annorum circuitibus, interdumque Deflagratio grassatur, cum Flumen Ignis Ætherei supernè effusum multisque in locis & variis sparsum tractus ingentes Orbis terrarum permetitur. Interdum Proluuies euagatur, vniuersam Aquarum Naturam detractam secum inuehens, cum interim Amnes atque Torrentes exspatientur, non alueos dumtaxat supergressi, sed etiam vltra constitum Modum incrementi exundantes. Proinde his Duobus Modis aliisque innumeris sed minoribus, quam genus hominum, perire contigit, Artes quoque perire necesse est.*

Ex Recentioribus autem Cardanus nec-non Hieronymus Fracastorius, in hanc eamdem iuere sententiam vltronei & vnanimes, quorum iste in Poëmate Syphilidis siue morbi Venerei doctissimè canit.

Ast reliqua Astra etiam mutent Elementa trahantque
Perpetuùm, & latè magnos dent vndique Motus.
Præcipuè sedem si quando plurima in vnam
Conuenere, suo, vel multum deuia cursu

Longe alias tenuere vias, hæc scilicet Annis
Pluribus, & rapidi post multa volumina cœli
Eueniunt, Diis fata modis voluentibus istis.
Vt verò euenisse datum est, Numerumque Diesque
Exegere suos, præfixaque tempora fatis;
Proh! quanta Aerios tractus! salsa Æquora quanta!
Telluremque manent, alibi quippe omnia latè
Cogentur spatia in Nubes, Cœlum Imbribus omne
Soluetur, summisque voluti Montibus Amnes.
Præcipites secum syluas, secum aspera saxa,
Secum armenta trahent, medius Pater impete magno
Aut Pagus aut Ganges superet nemora alta domosque
Turbidus, æquabit Pelago freta lata sonante.
Æstates alibi Magnæ condentur, & ipsæ
Flumina speluncis flebunt arentia Nymphæ.
Aut Venti cuncta inuertent aut obice clausi
Excutient Tellurem Imam & cum turribus Vrbes.

Macrob. lib. 2. cap. 10. Verum etiam iuxta Tullianam Mentem in Somnium Scipionis, has magnas Naturæ mundanæ Crises, ratis quibusdam Tempestatibus necessarias fore liquidò nobis constat; *Propter Alluuiones*, inquit, *Exustionesque Terrarum, quas accidere Tempore certo necesse est, non modo non æternam sed ne diuturnam quidem gloriam assequi possumus.* Inde Phildaus apud Plutarchum docet διττὴν εἶναι τὴν φθορὰν ποτὲ μὲν ἐξ οὐρανοῦ πυρὸς ῥευντος ποτὲ ἐξ ὕδατος περιστροφῇ τοῦ ἀέρος ἀποχυθέντος *Mundi duplicem esse Interitum vnum Igne cœlo defluente, alterum Aqua, præ Aeris in humorem concreti circonuolutione siue Aeriarum Atomorum particularumue indiuiduarum rapidis vorticibus affusâ, atque agglomeratâ congerie.*

Lib. 2. de placit Philosophorum.

Quin etiam Gallorum Druidæ vnà cum Bardis hanc olim apud Nostrates opinionem tuiti sunt: Siquidem iuxtà expressiora Strabonis verba δρυΐδαι καὶ βάρδοι ἀφθάρτους λέγουσι τὰς ψυχὰς καὶ τὸν κόσμον ἐπικρατήσειν δὲ ποτὲ καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ *Duidræ & Bardi dicunt vnà cum vniuerso Orbe animas esse interitus expertes, identidemque & quasi alternis affore, vt Ignis & Aqua primas in hocce Mundo teneant & dominentur.* Lib 4.

Hæc verò omnia Ficinus in librum Plotini Enneade secundâ doctissimis ratiociniis, sic explicat, *Degeneratio*, inquit, *rerum quædam est diuturnior ab initio scilicet Mundani Circuitus ad finem vsque se porrigens: quædam dicitur diuturna minus ab ingenti Terrarum Illuuione ad Illuuionem alteram perseuerans. Per transgressus etiam Signorum Duodecim Naturales res simili quodam gradu degenerare cœperunt, quæ quibusdam sæculis pristini vigoris nonnihil ad tempus recipere posse videntur. Conferunt etiam magnæ Planetam Coniunctiones ad rerum Mutationem, neque ante Annorum Triginta Sex Millia expletur Sæculum Sæculorum, fit pariter altera quædam sæculi mutatio, quando Tellus vel Aquarum Diluuione diluitur vel Flammarum Incendio deuastatur: siue post Aquas Solis calor humoribus incumbat, siue post Incendia vicissim Imber exuberet; Terra mox vtrobique Calore & Humore fœcundior, pulcherrima parit, donec ob siccitatem in dies sterilior euadens minus pulcherrima parturiat, redeatque tandem remedij gratiâ Illuuium simile vel Incendium.* Eâ ipsâ de Caussâ Censorinus refert Aristotelem scripsisse Maximi Anni, putâ Mundani, Hyemem esse κατακλυσμὸν: Æstatem, verò ἐκπύρωσιν; & alterum ab alte- 3 Commentario cap. 16.

ro alternis destrui; namque iuxtà Stoæ voces vicissim solitant ἐξαυχμοῦσθαι καὶ ἐξυδατοῦσθαι *Ignescere & Aquescere*. Quibus consentiunt vltrò (sed multò pòst Chaldeos & Babylonios) Arabes omnes, cùm Philosophi tum Astrologi: Imprimisque Abraham, Albumazar, Hali, Aoniar, atque Alpharabius, à quibus edocti Alliacensis & Rex Alphonsus, ingentes has Naturæ Mutationes & ὑπερβολὰς, propter Magnas Astrorum Synodos contingere obseruârunt. Hæc autem generaliorum totius Orbis Mutationum opinio non solum inualuit apud Ægyptios, vt narrat in Tymæo Sacerdos Ægyptius cum Solone colloquens, sed etiam apud celebrem Stoicorum Familiam, sicuti Plinius atque Seneca suis sparsim in Codicibus propalauere. Sic Plato promiscuè in Dialogis & præcipuè initio eiusdem Timæi, vbi Phaethontis Fabulam pro verâ Historiâ insinuare quodammodo velle videtur; Siquidem Maximæ Ignis Conflagrationes & Aquarum Inundationes post cœlestes quasdam Periodos prouenire necessarium ducit: Ita Plutarchus ad finem Libri de Defectu Oraculorum; similiter Apuleius libro de Mundo, quem totum furatus est à spurio altero, quem Aristoteli temerè prorsus dicare vellent libello: Iisdem planè modis Ocellus, Alcinous, Plotinus, Sirianus, Porphyrius, Proclus, Iulianus, cœterique omnes Academici circa rerum fluxus disseruere; Quidni? vti Lucretius quàm doctissimè.

Lib 5. de rerum Nat.

Mutat enim Mundi Naturam totius aetas,
Ex alioque alius status excipere omnia debet;

Nam periisse Hominum Torrenti sæcla Vapore
Aut cecidisse Vrbes magno vexamine Mundi,
Aut ex Imbribus assiduis exiisse rapaces
Per terras Amnes, atque oppida cooperuisse.
Tanto quippe magis victus, fateare necesse est.

Verùm enim verò fusiora & vberiora ὑπομνήματα quæ de magnis Naturæ Mutationibus iuxtà Platonem, Aristotelem, Democritum, Hippocratem atque Pythagoram, nec-non de veterum παλιγγενεσίᾳ in Canam illam Orphei Theologiam satis superque scripserimus, cuique vacat sedulò legere & sagaciùs peruestigare. Interim, DOCTISSIME CAMPANELLA, Orphicum hocce præscitum, quo planiùs explicetur septenarium illud ab pico Mirandulano in Orphicis suis Conclusionibus, circà Consummationem sæculi memoratum discas velim huicce intento penitus accomodum.

Ætate in sextâ cessabit Machina Mundi.

Illud porrò sæculum secretiores Cabalistæ magnum Iobilæum & magnum Sabathum, vti superiùs monuimus, vocitarunt. Ast de Mysticis his Rerum Naturalium Rationibus, os teneamus. Siquidem vt monebat suos Discipulos Pythagoras, abdita Sapientum Placita cuique patere minimè debent; Quippe Μὴ εἶ͂ναι πρὸς πάντας πάντα ῥητὰ *non esse omnibus pan denda omnia censebat.* Linguæ ergo fauendum.

His porrò explanatis & plurimâ cum Ratione tum Authoritate illustratis ac suffultis, cuiuis Hominum patere, nec à quopiam antiquari fas est, generalis hæc & sacra Naturæ Lex, quâ sancitum

ab æterno fuit, priuatis omnibus aut Animantum, aut Stirpium, aut Metallorum substantiis viuentibus similem penitus & comparem Sortem, fluxam videlicet, cassam & ineluctabilem fore destinatam. Nam vti fatur Politicus Florentinus disputationum libro primo, *omnia iisdem semper Naturæ Legibus oriuntur, viuunt & intereunt;* Quoniam, inquit Hippocrates libro de Natura Hominis γίνεται τε ὁμοίως πάντα καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα, Cui assentitur Aristoteles differendo de rerum Mutationibus continuis Naturalium libro octauo, φυσικὸν τὸ ὁμοίως ἔχειν ἐν ἅπασιν, *Natura in omnibus rebus similiter se habet.* Propterea Rex Sapiens hæc verba faciebat Ecclesiastæ, *similiter spirant omnia & cuncta subiacent vanitati.* Et alibi, *sicut moritur hic, ita moritur ille, & Spiritus vnus omnibus & præstantia Hominis præ Quadrupede nulla: quia omnia vanitas.* Et illud Salomonicæ, quæ circumfertur, Sapientiæ Scriptoris, vt quidam vel temerè præsagiunt, Anonymi *vnus introitus est omnibus ad vitam & similis exitus.* Hinc etiam apposite * Pythagoras in Aureis suis Carminibus Aureum illud Præceptum silenti suo Populo mandandum præscribebat.

Γνώσῃ δ' ἣ θέμις ἐστὶ φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην.

Noscas vti fas est, Naturam in omni re similem.

ET hæc est rerum Naturalium Vita Mortalis, DOCTISSIME CAMPANELLA, imò iuxtà Hermetem, Orpheum, Pythagoram & Heraclitum cum istis suis Sectatoribus Democrito, Hippocrate Platone & Epicureo,

Parilis rerum omnium vita. Porrò quod Vita sit Mors & perinde quod Mors sit Vita consule Macrobium in Somnium Scipionis, Sextũ Empiricum atque imprimis Sanctũ Augustinũ libro de Ciuitate Dei. *Cap. 11. Cap. 3.*

* Etsi autumant non nulli non ab Pythagorâ sed ab Lyside quodam Pythagoreo qui Epaminondam Thebanum erudiit: hos vulgò dictos aureos Pythagoræ versus fuisse confictos. *Merc. Trism.*

Epicuro, Hæc est illa ipsamet Vitalis Mors, quæ per magnum molis Mundanæ corpus tot & tam varias induta, siue potiùs mentita Fossilium, Stirpium & Animantum species, clanculùm ac vicibus tacitis continuò grassatur. Hoc Fatum Mundanum: hæc Fors quodcumque manet. Nam sicuti pangit vates Hebræus *ὅτι χοῦς ἐσμὲν ἄνθρωπος ὡσεὶ χόρτος, αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως ἐξανθήσει, quoniam puluis sumus, homo sicut fœnum dies eius, tanquam flos agri sic efflorebit.* Hic ergo rideantur & exibilentur Tyranni, virique ambitione efferi ac Politici, qui rumori famoso ac Plebeiæ auræ studentes, sortis aleæ friuolisque Fortunæ crepundiis vani ac leues incumbunt; Qui non solùm inter Ædificiorum ac Monimentorum fastum elati ac superbi, verum etiam inter Encomiorum & Panegyrismorum suffragia ventosi ac turgidi fatuam quamdam Immortalitatem aucupari moliuntur. Quorum Natale (quasi verò Imperatorium ac Nobile) in vili & fœdo Mulierculæ vtero Natura prædestinat, auspicatur ac *διατυπῶσα* tandem absoluit; Qui quidem Vterus medius situs latet atque stabulatur intra vliginosam Vesicam & putre stercoratumque Rectum Intestinum, instar Puluinaris aut illustris Substerniculi tantis quantiscumque illis Heroibus comparatum. Quorum, inquam, Moles Corporea (Diuinum quid spirans, vti Adulator effutit) ex paruulâ Seminalis Spumæ portione conficta, dein variis cruciatibus in lucem edita, postea adolescens inter furentis & libidinosè lenocinantis Naturæ æstus, demum cur-

in Pim Sextus Philos. Pyrrh. lib. 3. cap. 24. & 14. Hippocr. lib de Diata circa init.

Psalm. 102.

ſu Temporis & Negotiorum tædio trita ac moroſa, tandemque, ni Morbus intercedat, Senio & ſquallore effœta luridaque emoritur. Proh! dignum horum Homuncionum meditatione ſpectaculum! Agitedùm vos! ô Corda tumida rerum quaſi potentia! Huc attendite! Hæc illa itidem eſt ſordium nunc atque ſtercorum Cloaca graueolens, quæ nudius-tertiùs, Vitalibus dum veſcebatur auris, ita ſuperbè incedebat, & vultuosè perſonata minabatur. Iam vero præda vermium & ſepulchreti puluis fœtens & cadauerosa iacet: Iacet, inquam, feralis Terror Viuentium & Mortuorum deforme ſpolium peræque ac Simulachrum Libitinarum Sandapilarumque portentoſum. O vanas Mentes Hominum! ô cœca Pectora! Eccur circa Titulos & Stemmata hiantes gloriamini? Eccur conamini ludicra Nomina poſteritatis memoriæ conſecrare? Eccur Marmora ſculpuntur, funduntur Æra, cuduntur Calybes, eriguntur Statuæ? quoniam

Pythagoras apud Ouid. XV. Metamorph.

Tempus edax rerum, tuque inuidioſa Vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus Æui
Paulatim lentâ conſumitis omnia Morte.

Seneſcunt enim omnia; rerum gluten ac Naturale humidum depredatur vorax Saturnus: Tabeſcunt Lapides ac Metalla ſicuti Plantæ & Animantes, nec-non ab edaci vetuſtate abolentur prorſus & fatiſcunt.

Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.

Hinc Domus & Turres ruinoſæ; Hinc Æneæ rubigines in antiquiſſimis Templorum Campanis &

latearum Coloſſis : quandoquidem cuncta tulit Ignis, idem & cuncta rapit; inde in Hymnis Orphicis diuina hæc exclamatio.

Φερσεφόνεια φέρεις γὰρ αἰεὶ καὶ πάντα φονεύεις

Perſephone continuo gignis omnia & omnia occidis.

Hanc ob rem illa eadem Perſephone, quæ iuxta Mentem vetuſtiſſimi Poëtæ-philoſophi aliud vſurpatur nihil, quam Ignis Cœleſtis & Æthereus ſiue Anima Mundi, in viciniori altero verſiculo Ζωὴ καὶ θάνατος μούνη *ſimul Vita & Mors* ſcitè nuncupatur. Propterea Hippocrates ſuâ hac Ænigmaticâ orationis Figurâ, etiam atque etiam inculcat φάος Ἀΐδῃ σκότος Ζηνί, *Lux Orco Tenebræ verò Ioui.* Quippe Vita & Mors, Iupiter & Orcus, Lux & Tenebræ, Lis & Amicitia, intra Naturæ cancellos ſibi inuicem comites iugiter & neceſſario affiguntur & colligantur. Idcirco Phœbus (vt quidam referunt) Oraculum olim pandens, hæc de vniuersâ illa Mundi Animâ vaticinatus effudit.

Ἥ τε φύει μάλα πάντα φύουσά τε πάντ᾽ ἀναλίσκει

Illa producit omnia & omnia producens conſumit.

Hinc & idem noſter Orpheus, in Hymno Herculis, ſiue Solis, qui eſt item Anima Mundi, his infit vocibus.

Παμφάγε παγγενέτωρ

Omnia conſumens, omnia generans.

Quid plura? diſcant Mortales Naturæ Vniuerſæ momentum, & aſpectabilis caducique Mundi conſtantem viciſſitudinem ſeduli contemplentur. Eia ergo! rurſum agite? & ad has noſtras Commenta-

O ij

tiones quadamtenùs illustrandas, auditore spectandum illud Epitaphium, quod Sepulchro suo, tanquam Philosophicæ Vitæ coronidem, inscribi non ita pridem curauit Lipsius.

Vis altiore voce me tecum loqui?
Humana cuncta, Fumus, Vmbra, Vanitas,
Et Scenæ imago, & verbo vt absoluam, Nihil.

Verum hactenus de his satis superque philosophati sumus; Concludamus tandem Socratico quodam, vt ità loquamur, furore afflati, sed tenui istâ Auenâ, quâ res omnes Mundo aspectabiles Musa nostra effusior olim meditata est, peræque ac modulata.

Viuimus hic Morimurque simul, rediuiua parentat
Vita sibi, & propria Morte perennis adest.
Haud eadem res vlla manet, mutatur & ipse
Mundus, & æterno cuncta tenore fluunt.
Omnia constanti variantur Lege per Orbem
Et rerum faciem Sæcula pauca nouant.
Alma Parens pariterque rudis Natura Nouerca est.
Viuenti cuiquam Nil nisi Morte datur.





DISSERTATIO

DE VARIIS DEI NOMINIBVS,

IVXTA VETVSTISSIMAM PHOENICVM, Syrorum, Babyloniorum, Orphicorum, Pythagoricorum, Druidarum, cœterorumque Sapientum, imò Cabalistarum Doctrinam Ætheri siue Soli attributis,

AD

GABRIELEM NAVDAEVM.

PErcunctantibus nobis atque altâ & adductâ Mente ponderantibus, qualia sint ac tanta illa iactatæ toties Cabalæ Mysteria, MI-NAVDÆE, actutùm fauens subiecit Memoria Ἱερογλύφικοις Ægyptiorum, Fabulas Orphicorum & Numeros Pythagoricorum. Scilicet itâ ab Naturâ omnibus fermè gentibus fuit comparatum, vt commentitiam & vanam qualemcumque sibi Doctrinam quisquis procuderent. Arabum enim longè consultissimi, quot & quales, penés Astrorum canonas, vel ex Calybe, vel ex Ære,

vel ex Argento, vel ex Auro alioue Metallo CARACTERES sibi finxere, variisque Signis ac Figuris cælatos tutò tacitéque coluerunt. Quin etiam quâ vi, quo ritu, quibusue Cerimoniis fuere abusi, ex veteribus illorum Scriniis colligere tibi potis fuit? Cedò namque, quî celebres Africani Asiaticique Summates Figuras illas Talismanicas? quî Gamahæos Lapillos? quî Phylacteria, Amuleta, Ligamina, cœteraque vetustissimæ τῆς φαρμακείας arcana tantópere iactitarint? Nil mirum; non solùm Magi Persarum, sed & Ægyptiorum Sacerdotes, Hebræorum Cabalistæ, Græcorum Orpheotelestæ, Romanorum Pontifices & Gallorum Druidæ abditioribus his ἀπορρήτοις sedulam &, vt sibi persuadebant, sacram operam nauauere. Nec dubiò-procul te fugit, quid Dæmon Socratis? * quid Genius Cæsaris? Cur item cecinerit Virgilius,

* Vide Madaurensem Magum.

——————— *Deus est sua cuique Libido?*

Vnde Ενθουσιασμος, de quo Aristoteles Libro Tertio ad Eudemum? * Vtrùm, etiam Dæmon, Forma, ἐνεργεία & ἐντελεχεία discriminis aliquid iuxtà recentiores Arabas sortiantur? Quid ad hæc spurius ille Albertus & Guillelmus Parisiensis? Ecquánam ratione secretiores Cabalæi, secundùm Rambam in More Neuochim, hoc obseruando placito consciscunt, NON EST VLLA HERBA AVT PLANTA INFERIVS, CVI NON SIT STELLA IN FIRMAMENTO, QVI FVLCIAT EAM, ET DICAT EI CRESCE? Cæterùm, MI NAVDÆE calles & apprimè, quid polleant Numeri Pythagorici? quid Notariaci

* Cap. περὶ τῆς τύχης.

Notariaci Hebræorum Apices & puncti? Quid ὀρφικαὶ ὧραι, siue stati Temporum ordines circà differentias Ætatum & rerum Generationes, Status & Corruptiones? Quæ sit ratio Septenarij & Nouenarij numeri circà κλιμακτῆρας, seu Annos quos vulgò dicunt Climactericos? Quâ superstitione &, vt Græci loquuntur, Δεισιδαιμονίᾳ, circà ætatis Annum 81. qui est Cubus Nouenarij, mortuo recéns Platoni parentarint ac Hecatomben sacrificârint Magi Athenis tunc temporis commorati? *Quæ tandem sit Ratio Septimestris, Octimestris, & Nouimestris Partus*? Ecquid prosit vis φανταστικὴ καὶ λογικὴ siue *Imaginationis & Verborum*? ast non eo, quo sibi suasit modulo, communis olim noster, & iam-iam ὁ Μακαρίτης Thomas * Campanella. Quid demùm de fatuo illo Lepe, apud Tychonem Braheum? vtrùm motâ Mente is præsagierit? vtrùm Longomontanus & Tycho circà prænotiones ab isto Lepe sæpe-sæpius habitas, hallucinati sint? * *Cur grande aliquid & suprà cæteros loqui non possit, nisi Mota Mens?* Quid denique de somniis, iuxtà veteres Hebræos, ac iuxtà Hippocratem Artemidorumque? Propterea memineris, quæso, varia, eaque quàm-plurima de his & similibus priuos olim nos perpendisse, risisse, despexisse. Quippe, qui tuarum rationum radiis Mysticas has ineptias discutere valueris; Namque ad magnum tui luminis iubar conniuent vani illi tot τῶν Μορμολυκείων Confictores: & tantus quantus sis apud se meditati, subinde conquiniscunt. Verùm Harpocratico more, hìc

* Vt obseruere est apud Senecá.

* Consule Hippocratem has omnes Argutioles Pythagoricâ Mente discutientem.

* Vide librum de sensu rerú.

* *Libro 6. de vitâ Tychonis Brahei per Gassendum.*

locorum fauendum linguis. Interdùm verò clamitemus antiquum illud ΕΚΑΣ, ΕΚΑΣ ΕΣΤΕ ΒΕΒΗΛΟΙ.* Videre-licet ab his prorſum omnibus, quæ myſterij quicquam prætexuerunt, temperandum omnimodè nemo negabit. Verum-enim-verò, quàm anilia & fatua hæc propè ſint omnia, quæ author Clauiculæ Salomonis Anonymus, nec-non Petrus de Abano, Conciliator vulgò appellitatus, cum Cornelio illo Philoſophiæ Occultæ ſpectatiſſimo Conſutore, deblaterarint, tenuioris eſt Opellæ, quod vtique cedis, cuique vel bardo, comprobare. Vt pote profanas has ineptias malè-feriata affectant Capita, vilia, inquam, ipſa, fædaque, vti loquitur Codex diuinus, Sathanæ Mancipia. Quare valeat Turba hæc, & ab ſanctis noſtrarum Diſſertationum adytis procul ſecedat. Diſcant fatui illi & leuiuſculi homunciones, qui ſe ſe fortes obganniunt, nos, ſicut olim Pythagoras, ab ſacris iſtis profanum vulgus arcere.

* Piocul ô procul eſſe profani.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Fas quibus alta canam, procul heinc procul eſte profani.

Profectò, etſi mira de occultioribus his & parilibus placitis, Gaffarellus, Salmaſius & Alemannus Stellas in Bibliothecâ Regiâ, coràm Rigaltio, Puteaniſque Fratribus, aliquando nobis reuelarint: vis verùm dicamus, quàm inania iaceant hæc omnia, quàm deſpicanda & quàm procul à Mentibus amolienda, nouiſti, MI-NAVDÆE, & facili negotio

ex iis, quæ de vario Solis nomine etiamrùm ad te ſcribimus, potes coniectare. Ab his autem veterum ruderibus Myſticas fermè omnes voces accepere vetuſtiſſimi Teletæ. Proindeque præſentes has, quas elucubrauimus Priſcorum Ραψῳδίας arcanaue figmenta: non vt noſtra, neque adoptiua, verùm vt expoſititia & collectitio dumtaxat modo aſſuta, vti vides, planè conſarcinauimus. Habes igitur hìc coniugatam, quæ perrarò ſic reperitur, Primorum & Nouiſſimorum penè Hominum de Sole ſiue Æthere Sapientiam, vel potius Μωροσοφίαν. Habes inſuper, quæ commentati ſumus in Librum Porphyrij de Nympharum Antro. Habes demùm vetus fragmentum Theologiæ Zoroaſtreæ à nobis è Manuſcripto Latinè verſum, & Criticis notis accuratiùs obſeruatum. Hæc hactenus præfati, ad Inſtitutum iam nos accingamus.

De variis Dei nominibus, iuxtà veterem Phœnicum, Syrorum, Babyloniorum, Orphicorum, Pythagoricorum, Druidarum, cæterorumque Sapientum, imò quorumdam Cabaliſtarum Doctrinam Ætheri ſiue Soli attributis.

DEus, qui Subſtantia increata, infinita, immortalis & eſt & adoratur; ille inquam ipſe eſt, quem Supremam aſpectabilis Mundi Intelligentiam ipſamq; Principem Naturam, ſecundum diuerſa ſua munia & actiones, vti vulgò loquuntur, *ad Extrà*,

imò ipsammet conspicabilem Naturam, variis decoratam nominibus, cùm Poëtæ tùm Philosophi veteres vltrò ac temerè professi fuere. Quod quidem videre est ex Orphicis Hymnis, & ex spurio ac suppositio Aristotelis libro de Mundo. Quin etiam parili de Mundo libro illud idem Apuleius

Cap. 7. Madaurensis, Cardinalis Cusa libro de Doctâ Ignorantiâ, & ante hos omnes, diuinus Plato in Craty-

Lib. 2. lo, propalauere. Heinc à Stobæo in Eclogis Ζεὺς ὁ πᾶς κόσμος, ζῶον ἐκ ζώων, καὶ θεὸς ἐκ θεῶν: Ζεὺς δὲ καὶ καθὸ νοῦς.

Stobaeus Eclog. lib. 1. cap. 1. *Iupiter totus Mundus nuncupatur, Animal ex Animalibus Numen ex Numinibus: Iupiter est Mens suprema.* Quippè Sol suprema Mens siue Iupiter censebatur. Solarem enim Mundum iuxtà vetustissimos Orphicos, Pythagoricos, Platonicosque, plerique Antiquorum statuebant. Sol enim penés hos Centrum & Animus huiusce Mundi aspectabilis; vt potè Solaris hic iste Mundus; quod vtcumque, non autem ἁπλῶς, vti veteres, innuit illustris inter nostrates Gas-

ix. libro. sendus. Proindéque suis in Pharsalicis Lucanus cecinisse visus est.

——— —— Superos quid quærimus vltrà?
Iupiter est quodcumque vides quocúmque moueris.

Quin & Ægyptij eorumque sectatores Orphici, Thraces ac Græci, posteà verò Italici, id est Pythago-

Vide quæ de his scripsit Iulianus Imperator vbi de Sole. rei, deincepsque Romani Poëtæ veteres ab Theologo Numâ edocti, inuisibilem Solis Intelligentiam per totius Mundi artus diffusam & commeantem, Deum incedere arbitrati sunt. Locupletissimos ha-

* *Siue potiùs fragmenta* bemus testes Trismegistum, * Orpheum, Home-

rum, Hesiodum, Ennium, Pacuuium, Manilium, Virgilium, & ideò hic iste suis in Georgicis ita panxit.

doctrinæ Sacerdotum Ægyptiorum lib. 4.

———— Deum namque ire per omneis
Terrasque tractusque Maris, Cælumque profundum,
Heinc Pecudes, Armenta, Viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenueis nascentem arcessere Vitas.

Quibus assentitur & subscribit Seruius, Virgilij Commentator non Grammaticus modò, sed & Physicus in hos, quos idem Vates Heroicus cecinit versus.

Igneus est ollis vigor & Cælestis origo
Seminibus.

Lib. 6. Æneid.

A Sole quippè proficiscitur ille Vigor Cælestis & Igneus, quo afficiuntur & animantur rerum Naturalium Semina. Quare Ennius, (sicuti Varro lib. quarto testatur) de Animâ siue Formâ dicit, *Isthic est de Sole sumptus Ignis.* Et Paccuuius eodem Varronis libro, *Animam Æther adiungat.* * Videlicet Sol intelligitur, qui est Centrum, Fons & Origo omnis Ætherei Ignis. Hæc item est illa ipsa, apud vulgus *totiens* decantata Pythagoræ ψύχωσις, id est, *vniuersa totius Mundi Animatio*: de quâ Marcus Tullius aiebat, *Pythagoram existimare Deum esse Animum per omnes Mundi partes penetrantem, ex quo rerum viuentium Animi carperentur, distraherenturque.* Ità Trismegistus in Pymandrâ, ὑπὸ μίας ψυχῆς τῆ τοῦ παντὸς πᾶσαι αἱ ψυχαὶ εἰσιν. *Ab vna vniuersi Anima omnes Animæ existunt.* Atqui, vt posteà ibidem differit, *Deus in Mente, Mens in Anima, Anima demum in materia*

* Et secundum Ioannis Gerardi Vossij communis nostri Criticen, *Animam Æther adiungat.*

Cap. 10. Pymandra.

θεὸς ἐν τῷ νῷ, ὁ δὲ νοῦς, ἐν τῇ ψυχῇ ἡ δὲ ψυχὴ ἐν τῇ ὕλῃ. Ergò quidquid est ὕλης siue *materiæ* particeps, & Dei particeps vtique, iuxtà Veterum Mentem, versatur.

Iupiter idē sonat iuxtà veteres quàm Sol siue Æther.

Huc pertinet quod vir ille frugi Socrates in Cratylo clarè pronuntiat. οὐ γὰρ ἔστιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὅστις ἐστὶν αἴτιος μᾶλλον τοῦ ζῆν ἢ ὁ ἄρχων καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων. τοῦ θεοῦ εἶναι δι' ὃν ζῆν ἀεὶ πᾶσι τοῖς ζῶσιν ὑπάρχει. *Nulla enim in nobis vel in cæteris viuentibus alia est vitæ caussa, quam Princeps ille & Rex omnium rerum. Namque ille est per quem vita viuentibus omnibus existit.* Similè fermè condit Poëta ille Aratus *. Διός γένος ἐσμὲν *Iouis genus sumus.* Et Maro in Eclogis

* Suis in Phœnom.

——— ——— *Iouis omnia plena.*

Quin Aratum hæc subdidisse meminimus.

——— ——— Μεσαὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ

Πᾶσαι δὲ ἀνθρώπων ἀγοραί.

Pleni autem Iouis sunt omnes Viæ

Omniaque Hominum Fora.

Varro itidem, sicuti refert diuus Augustinus, libro de Ciuitate Dei. *Deus est Anima Mundum Motu & ratione gubernans.* Eadem prorsus, Ægyptiorum Sacerdotes prolixiori rationum tenore contexuerunt. πάντα πλήρη ψυχῆς, *omnia sunt Animæ plena.* Et paullò pòst, μία ψυχὴ καὶ μία ζωὴ, τίς δὲ οὗτος; τίς δὲ αὖ ἄλλος εἰμὴ εἷς ὁ θεός. *Vna Anima in Mundo, vna vita; quis autem iste? quisnam alius, quam vnus Deus.* Hanc pariter doctrinam pertingere ac libare quodammodo videtur Seuerinus Boëtius.

Pymandro cap. 11.

Tu caussis Animas paribus Vitasque minoreis

Prouchis, & leuibus sublimeis curribus, aptans

Libro de consolatione Philosophia 3. Metro 9.

In Cælum Terramque feris, quas luce benignâ,
Ad te conuersas reduci facis Igne reuerti.

Istam hanc profectò Doctrinam, quam ab Virgilio mutuatus ille fuerat purum putum sanè Platonem vtique sapit. Simillimè Chaldæi & Hebræorum gens primæua, si verum referat Rabi Moses Ben Maimon, * Deum in Astris eorumque influxibus & præcipuè in Sole tanquam Formam non Assistentem modò, sed Informantem (Scholarum linguam loquor) vnanimi consensu statuebant. Cuius quidem nefariæ opinionis eos insimulare studet Philo Iudæus initio suppositititij sui de Mundo Libelli; Siquidem, quod nemo planè nescit, vniuersam Mundi Animam, siue cœlestem & Æthereum Ignem, Deum, eumque Soli insidentem prædicabant. Heinc Mysticæ ad Solem preces, apud Mercurium Trismegistum: Heinc Pythagoræ sacra prohibitio suis in Symbolis. AD SOLEM VERSVS NE MINGAS. Heinc etiam illa Hesiodi quam simillima Præceptio. *

* *Libro de Idololatria.*

Chaldæi veteres Solem siue Ignem Æthereum coluere.

Cultus Solis apud Pythagoreos, & Magos, Orphicosve.

* *Libro Opera & dies v. 72.*

Μηδ' ἄντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν

Neque contra Solem conuersus stans meito.

Quare Magi, vti obseruauit Plinius, *vetuerunt nudari corpora contra Solem*, quod etiam ipsissimum expressè vetuit apud Philostratum Apollonius Thyanæus, Pythagoricæ seu potiùs Orphicæ doctrinæ sectator acerrimus. Solem namque Deum esse autumantes prisci Theologi, primùm Hieroglyphicis, dein strictâ & Fabularum inuolucris Ænigmatisque prætextâ oratione, demum solutâ & expressâ

Natural. Histor. lib. XXVIII. cap. VI.

auitam illam & canam Scientiam enuntiauere. Quapropter lucidum Solis Dæmonem, siuè Intelligentiam, aut vt sibi finxerunt, totius Mundi Animam, diuersis illustrem & decoratam Titulis ac Nominibus, Aurelius Theodosius tersè ac doctè discussit & complexus est. Verùm ad maiorem huiusce Dissertationis dilucidationem, paucula huc ex primariis Authoribus iuuat attexere.

Lib. 1 Saturnal. cap 17. in somnium Scipionis.

Solis Genium adorabant olim Prisci Mortales, excepto dumtaxat Fideli Dei populo, Israëlitas dico, tum qui circà Mosis tempora, vel paullò ante, vitam vixerint. Quare ex Iobo. * *Si vidi Solem quando splendebat, seduxit se se abscondito cor meum, & osculatum est manum meam os meum.* Vbi loci notandum duco, quod pro τὸ SOLEM, est OR in Hebraico textu, quod sanè IGNEM & Lucem significat; & κατ' ἐξοχὴν sumendum est pro *Sole*, siue *Igne solari*; Solem autem Hebræorum quidam, ac plerique Chaldæorum adorabant osculantes manum, iuxtà expressa hæc verba, *Si osculatus sum Manum meam ore meo.* Namque adorandi gratiâ, mos erat antiquitùs manum ori admouere; Heinc illud tertio Regum, *quod non adorauit eum osculans Manum.* At cultum, quem ipsi Soli præstabant Iudæi, ab Syris eorum, Vicinis acceperant. Etenim ab illis Sol, vti à Phœnicibus omnibusque Assyriis, BAL aut BEL vocitatus est. Vnde Seruius primo Æneidos libro, *Assyrios constat Solem coluisse, linguâ punicâ* BAL *ille Deus dictus est, apud Assyrios autem* BEL. Verùm, vt obseruat doctissimus Vossius, lapsu temporis,

** Cap. 31. Solis Genij primis Temporibus venerabantur primi homines.*

H abiit

Η abiit in Ω. Eodem fermè modo ΗΛ. Vnde Ἥλιος Latinorum SOL; Spiritu prætereà, vt fieri solet, in sybilum verso, siue potiùs propter Accentum asperum litterâ S, apud Latinos designatum; vti ὑπὲρ Græci, Latini SVPER, pronuntiauere.

Porrò Soli siue *Beeli*, cognomentum addidere Phœnices, vnde BEELZAMEN *dominum cœli*, linguâ Phœnicum significans; Quod & Ægyptiaca Theologia μόνον οὐρανοῦ θεὸν *vnicum cœli numen*, seu Deum appellat. Rursùs Phœnicibus Baal-zamen, idem est ac Græcis Ζεὺς ὀλύμπιος *dominus cœli*. Verùm Solis nomen *Beel-zamen* Iudæi BEEL-ZEBVB dixere; Tum etiam Accaronitæ, cuiusdam Phœniciæ ciuitatis Incolæ propter Azoti limites; nam in eâ SOL vocitabatur *Baal-zebub*; vti pleniùs ex secundo Regum libro perquirere est.

Vide Eusebii de præparatione Euangelica pag. 34. editionis Parisina.

Sol siue Æther BEELZEBVB.

Sol pariter ab Phœnicibus nuncupatus est ADON siue ADONIS, hinc apud Martianum Capellam.

Solem te Latium vocitat, quod solus honore
Post Patrem sis lucis Apex, radiisque sacratum
Bissenis perhibent caput aurea lumina ferre;
Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim,
Ammon & Arentis Libyes, ac Biblus ADONIS. *

Quare apud Macrobium dicitur ADAD vti apud Orpheum ADONIS; Vsurpatur quoque ADONEVS quod *dominum* sonat; Vnde in sacris litteris Dei nomen ADONAI. Quæ quidem Hebræa Dei appellatio cum Arabibus fere communis videtur. Quod quidem Epigrammate vnde trigesimo nos vltiò docet Poeta Ausonius.

* *Perperam autem dicitur Biblius Adon quare corrigenda vulgaris Martiani Capellæ editio.*

Sol siue Æther ADONIS vel ADONAI.

Ogygia me Bacchum vocat
Osirin Ægyptus putat,
Misi Phanacem nominant;
Varia Solis nomina. *Dionyson Indi existimant,*
Romana sacra Liberum
Arabica Gens ADONEVM
Lucanianus Pantheum.

Omnia enim in vno Numina, (sicuti in Sole vnico Macrobius) intelligebat Poëta Ausonius. ADON autem id est *Dominus*, vnde & *Iod* addito fit Dei nomen. Plura verò de *Adonide* Solem significante, apud Aurelium libro primo Saturnalium. Verum transeamus ad cætera.

Cap. 21.

Sol siue Æther MOLOCH.

Ammonitarum Deus Sol item dictus est nomine MOLOCH, quod attestantur libri Mosaici. Etenim apud Orientales Populos vnus idem MOLOCH & APOLLO erat siue *Sol*, & *Æther* siue *Iupiter*, & *Saturnus* seu rerum *Natura.* Sol namque per Molochum rectè intelligitur; Siquidem in his iam-iam memoratis Regionibus Solem siue BAAL & BELVM supremo cultu adoratum nemo nescit. Ast *Moloch* idem planè quam MELECH sonat. Namque haud magni pendet, num Dominum vel Regem vniuersi pronunties? Siquidem sicuti BELVS siue BAAL τὸ *Dominus* sonat, pariter MELECH seu MOLOCH τὸ *Rex.* Vnde ex duabus illis vocibus MELECHBELVS *Dominum Regem* significat. Aduertendum interim ducimus *Moloch* siue hanc Solis quam colebant effigiem Μυσικῶς lapidem pretiosum capite gestare, vt colligitur ex Samuele.

Lib. Regum.

Sol etiam ELAGABALVS, & à Græcis præ barbariei abusu, HELIOGABALVS promiscuè dictus, quæ vox *Deum Opificem* siue *Conditorem* exprimit. Nam ELACH Arabicè, siue ALAH, & vt Mahumethani iam-iam vulgò loquuntur Addito L, ALLA, *Deum* significat: & GABAL *factor* siue *conditor.* Quare *Elogabalus* idem est, ac ὁ ἥλιος δημιουργὸς, *Sol Opifex* siue *Rerum conditor.* Vel est GEBEL, quod sonat *Montem* apud Arabes, & sic ELAGABALVS *Deum Montem*, siue *Deum Montis* connotat, in quo templum illius foret. Sicuti nomine DEI CARMELI ab Suetonio commemorati in Vespasiano, non Montem sed *Numen* intelligimus, cuius eo in Monte delubrum habebatur.

Sol siue Æther HELIOGABALVS.

Cap. 1.

BELVS Assyriis & Chaldæis *Sol* dicebatur. Penès autem Historiam *Belus* est NEMBROD, sed φυσικῶς, eo nomine significatur Natura vniuersa, magisque & præcipue Natura Cœlestis, id est Iupiter; qui itidem est Natura Solaris & sic BEEL *Dominum* sonat: proindeque GEMMA SOLIS dicitur *Oculus Beli;* siquidem Sol dicitur Iupiter & Mundi Dominus apud Orpheotelestas, imprimisque apud Onomacritum in Hymnis Orphaicis Παντοκράτωρ κόσμου *Domine Mundi.*

Sol siue Æther BELVS.

Sol Ægyptiis dicebatur OSIRIS: vnde veteres, iuxtà Plutharcum, interpretabantur OSIRIM *Cœlum* vel *Solem* siue *Naturam Ætheriam*, vti legimus apud Statium primo Thebaidos, & apud Eusebium libro de Præparatione Euangelicâ. Quin imò tradit Herodotus eumdem esse Ægyptiis *Osiridem*, qui Græcis *Liber* Διόνυσος siue *Dionysius*, id est, *Bacchus*. Heinc

Sol siue Æther OSIRIS.

Eusebius lib. 1. & cap 10. & lib. 2. cap 3.

Putiphar Sacerdos Solis.

Putiphar, ſicut docet Rabi Eliezer, ex Sacerdotibus Ægypti fuit haud incelebris, & Heliopoli ſiue *Vrbi Solis*, vt Præſes Scientiarum & cultus Solis, ſummè honorabatur. Tradit item Diodorus Siculus *illud nomen *Oſiris* idem ſignificare quod Græcis πολυόφθαλμος *Multoculus.* Quapropter Heſiodus more Poëtico Orphicam, nedùm Ægyptiacam doctrinam ſectatus, Solem Iovis oculum nuncupat.

* *Bibliothecæ lib. 1.*

Lib. opera & dies.

Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.

Omnia videns Iouis Oculus & omnia intelligens.

Similiter Orpheus in Solis Hymno; vbi Solem auſcultare nos & cernere enucleatè docet.

Κλῦθι μάκαρ πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα.

Audi beate, Sol omnia videntem habens æternũ Oculum.

Heinc etiam apud eumdem Orpheum dicitur Corybas, vtpotè qui ſemper aperto oculo incedat, à voce κόρη id eſt *pupilla*, vnde κορυβαντιάω id eſt *apertis oculis dormio* more Leporum; Quod parile tertio Iliados expreſsè canit Homerus.

Quid de Sole legendus Æſculapij ad Ammonem Dialogus ſiue fragmentum Ægyptiacæ Theologiæ.

Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις

Sol qui omnia vides & omnia audis.

Hùc ſpectat, quod Virgilius in Georgicis modulatus eſt. ——— *Solem quis dicere falſum Audeat?*

Simili fermè ratione exclamabat olim Cicero, *ô Solem ipſum beatiſſimum, qui fugientem vidit Antonium.* Verùm Sophocles Solem vocat *Iouis ſplendorem* Διὸς αὐγάς. & alibi rerum omnium Opificem.

Ἠελίοιο κτείρειε ἐμὲ

Οἱ σοφοὶ λέγουσι γεννητὴν θεῶν

Πατέρα πάντων

Sol miserescat mei.

Quem Sapientes, id est Poëtæ qui apud Platonē promiscuè vocātur σοφοὶ ποιηταὶ, *aiunt*, GENITOREM DEVM *Patremque omnium.*

Cui opinioni suffragatur Æsculapius ad Ammonem Regem πατὴρ πάντων ὁ θεὸς· δημιουργὸς δὲ ὁ ἥλιος. *Omnium Pater Deus, rerum Opifex Sol.*

Imò, vt ait Martianus Capella de Nuptiis Philologiæ, Solem eumdem esse Nili Incolis Serapim, Persis *Mithran*, * Phrigibus ATTINEM, Ægyptiis OSIRIDEM, Assyris & Phœnicibus ADONIDEM. Præterea *Iupiter est Æther*, in quo nihil maius & pulchrius Sole. Eapropter ad hæc diuinus Hippocrates initio libri περὶ ἀρχῶν *de principiis*, sic effatur, δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν ΘΕΡΜΟΝ ἀθάνατον εἶναι, καὶ νοεῖν πάντα, καὶ ὁρῆν, καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα, καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, καὶ ὀνομῆναι μοι αὐτὸ δοκέουσιν οἱ παλαιοὶ αἰθέρα. *Videtur enim mihi id quod nuncupamus* CALIDVM *esse immortale, intelligere omnia & videre, & audire, & scire, tàm præsentia quàm futura, & illud* τὸ θερμὸν *mihi videntur prisci Philosophi* ÆTHERA *siue Solem vocitasse.* Nec mirum videri debet si Naturam vniuersam, quæ ἁπλῶς, vti censent prisci Philosophi, à Sole pendet & emanat, *diuinam* censeat Aristoteles, post Hippocratem secundo de Gener. Animal. lib. Quoniam ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις, ἀνάλογος οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, *Natura, quæ in Spiritu Naturali & insito versatur, respondet & similem sortitur Elemento Stellarum consistentiam*: Est enim, σώματος θειοτέρου τῶν καλουμένων στοιχείων, *Magis diuini corporis quàm ea quæ vocitantur Elementa.* Verùm vt subdit posteà ἡ τοῦ ἡλίου θερμότης Ca-

* *Manichei à Persis & à Pythagoreis Solis cultum accepere nā Faustus planè Pythagoreus vide Augustinū.*

Sol apud priscos cū Pēe'as tum Sapientes Intelligentię compos.

Cap. 3.

Quid Aristoteles de Sole censuerit Menti subiicitur.

lor Solaris est. Quippè, vt aliàs sancit idem Philosophus, ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ ἥλιος *Sol & homo generant hominem.* Et libro de Partibus Animalium

Lib. 2. de Partibus Animalium cap. 10.

ἀνθρώπων γένος, μετέχει τοῦ θείου, ζώων, ἢ μάλιστα πάντων *hominum genus diuinitatis magis particeps est quam omnium aliorum Animalium.* Per Diuinitatem autem intelligit Cœlestem illum Spiritum Æthereum magisque Diuinum, quam quæ vulgò dicuntur Elementa, eumque in Sole residentem, qui per omnem Mundum infundatur. Heinc Maro in Georgicis.

4. Lib. Georgicis.

> *Esse Apibus partem Diuinæ Mentis & haustus*
> *Ætherios dixere, Deum namque (* nempe Naturam Solarem *) ire per omneis*
> *Terrasque tractusque Maris Cœlumque profundum.*

3. Libro de Generatione Animalium cap. 11.

Eapropter idem Philosophus libro de Generatione Animalium, quàm scitissimè inculcat his verbis, ἐν τῷ παντὶ θερμότητα ψυχικὴν, ὥστε τρόπον τινὰ πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη. *In vniuerso Orbe Calorem Animalem inesse, ita vt quodammodo Animæ plena sint omnia.* Certissimè iuxta Veteres gentium Sophos *substantia Solis Æthe-rea*, Diuina censebatur; Siquidem ἀκήρατόν τι καὶ θεῖον, *est Quid Diuinum & interitus expers.* Vt palam fit spurio illo Aristotelis de Mundo, quem sic animaduerterunt vel rudiores Critici, libello. Heinc idem Author in Metaphysicis concludit, περιέχει τι θεῖον τὴν ὅλην φύσιν. *Totam Naturam Diuinum quid continet & complectitur.* Cui astipulatur & quàm apprimè apud Laertium Pythagoras vnà cum Platonicis, Orphi-

Aristoteles lib. de Mundo cap. 2.

cisque, sicuti enarrauit Lycius suis locupletioribus in Timæum commentariis.

Porrò Soli, tamquam Naturæ Domino & moderatori, habendas esse preces decernit noster Cous libro de Insomniis. *Hippocrates de in somniis sect. 4.* Conuenit, inquit, τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι, ἐπὶ μὲν τοῖσιν ἀγαθοῖσιν, ἡλίῳ Διὶ οὐρανίῳ, id est, *Diis orationes celebrare : pro secundis autem & prosperis rebus, Soli Ioui Cœlesti :* similiter Deum Solem adorat Apollonius Thyanæus apud Philostratum. Sol dicitur Iupiter Cœlestis apud Hippocratem.

Verùm-enim-verò quoniam Spiritus Solaris per omnia diffusus, vt iam docuimus, siue Cœlestis & Diuinus Æther cuncta Naturæ munia obire valeat: heinc omneis Naturæ actiones *diuinas* vsurpat Hippocrates. Quare libro de Aere, Aquis & Locis profitetur πάντα θεῖα πάθεα εἶναι, *omnes affectus esse diuinos*, neque ἕτερον ἑτέρου θειότερον *alium alio magis diuinum.* Qualis sit Natura iuxtà Hippocratem declaratur. Hæc sunt germana illius verba, cuius quidem Effati rationem paullò infrà subdit, * γίγνεται δὲ κατὰ φύσιν, *diuini sunt Affectus Hominum, quoniam fiunt secundum Naturam.* *Texta 36. Proindéque illud τὸ θεῖον *in Morbis*, de quo idem Hippocrates, initio libri de Prognosticis tantoperè celebratum sagaciùs, & ad hos, quos iam-iam monemus, canonas rimati sunt Veteres Filij Medicorum. Ast his, penés Philosophos, penitiùs exploratis, & congestâ Mente perpensis, ad reliquas Solis appellationes secundum Historicos diuertamur.

Sol, teste Macrobio, suis in Saturnalibus AMMON vocatus est. *Lib. 1. c. 21.* *Ammonem*, inquit, *Deum Solem Occidentem* Libyes existimant. Sol siue Æther AMMON. Apud Ægyptios autem habitus est TAVT, vti Alexandrinis Θωθ : Græcis

verò Ερμλῶ, sicuti & *Mercurium* Latinis, *Solem* nominatum inuenimus. Est & idem Sol alio nomine donatus, nempe DEVS Ελιουῦ siue Υψίσος qui dicitur *Cœlus* à quo ortus est DAGON, ab Hebræis DAGAN *Frumentum*. DAGON enim à Philone Iudæo redditur Σιτῶ, hoc est *Frumenti præses*, siue Sol agros fœcundans. BETH DAGON id est templum DAGON, quod Ionathas flammis deleuit occursu Azoticorum hostium; DAGON verò siue *Deus Lunus*, qui Vis est & Principium actiuum Solis (Luna enim ἐλάττων ἥλιος, *Sol minor*. dicitur à Stagiritâ) Σιτῶν quasi Frumentiuus, sicuti à *furtum furtiuus* vocitatus, à Sole in Lunam, à Luna in omnem rem gignendam, & præcipuè in mare & in res Humidas, suum influxum diffundit.

Sol siue Æther DAGON plur. vide is apu Eusebium de præparatione Euangelica edit. Paris. p. 36.

Sol item dictus est ASTARTE, & Hebræis ASTAROTH, Sidoniorum Deus, cui Salomon Rex Ædem ædificauit, vt legimus quartò Regum; Septuaginta verterunt τὸ Ἀσάρτη; Suidas autem, ait, Ἀσάρτη ἀπὸ τοῦ ἄστρου ἐπωνυμίαν *ab Astro appellationem suam* mutuari. Sed perperàm & indoctè Nomenclator ille alioqui probatissimus. Porrò ab Phœnicibus & Syris culta est illa Diuinitas, inde primo Regum *iuit Salomon post Astoreth Deam Sydoniorum*. Chaldaicè ASTARVTA, contractè Ἀσάρτη siue ASTARTE in plurali ASTAROTH; vnum idemque Numen, pro variis, quibus coleretur, locis, variè appellabatur. Quoniam autē Hebræi Oues multas illi immolabāt, Deum Solem vocauere ASTAROTH *Ouium caulæ* siue GREGES. Huc spectant illa Plauti in Mercatore.

Sol siue Æther ASTAROTH. Cō sule Eusebium de præparatione Euangelica. edit. Paris. p. 37.

Act. 4. *Diua* ASTARTE, *hominum Deorumque vis, vita, salus.*

ASTARTE

ASTARTE item Dea Syria apud Lucianum in eius Dialogo. Hanc autem Deam vnicè coluit Imperator perindè ac Philosophus Nero, ſicuti teſtatur Suetonius.

Sol quoque dictus eſt *Iacchus* ab IACH, vno ex Dei nominibus, ex quo HALLELV-IACH hoc eſt *laudate Dominum*. Quippè ſacratum illud & ſanctum, iuxtà Hebræos, Dei nomen IACH, Gentiles ſuis in conciliis & prophanis choreis proferre ſolitabant, ſicuti & *Tetragrammaton* IAVE, vel IAHAVE linguâ Samaritanâ. Vnde illud Ιαβε apud ſanctum Epiphanium. Vnde etiam IEHEVE apud Druſium & Mercerum, vel IEHOVAH iuxtà modum ſcribendi Maſoriticum Porrò ex voce IACH factum eſt ab Græcis Orpheoteleſtis Ἰάω, & per contractionem Ἰω, ex quo exclamatio illa frequens apud Poëtas *Dicite* IO-*paean*. Verum de illo Ἰάω, ita Diodorus Siculus παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν ἱστοροῦσι τὸν ἐπικαλούμενον θεὸν προσποιήσασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι. *Iudæi referunt à Moſe dici Deum qui vocatur* IAO, *leges ſibi tradidiſſe*. Vbi certiſſime Ἰάω, vel pro nomine ponitur TETRAGRAMMATO IEHOVAH, malè audito & ab Græcis perperàm percepto, prolato ac memorato. Vel idem eſt ac vox ſacra IACH quod legitur in Exodo * & paſſim in Pſalmis. Iamuerò de illo τοῦ Ἰάω, de quo non ſolum apud diuum Epiphanium, ſed etiam apud Tertullianum & aliquos ex Chriſtianis Patribus mentio facta eſt; Quin etiam Macrobius Saturnalium libro primo, quid ſit Ἰάω his Apollineis effatis clarius illuſtrat.

Sol ſiue Æther *Iacchus* ſiue IACH.

Sol ſiue Æther Ἰάω. *Libro* 1.

* 15. & 2.

Cap. 18.

Vide insuper quid sit τὸ illud Ἰάω apud Salmasium lib. de Annis Climactericis.

Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον θεὸν ἔμμεν Ἰάω
Χείματι μέν τ' Ἀΐδην, Δία δ' εἴαρος ἀρχομένοιο
Ἠέλιον δὲ θέρεος μετοπώρου δ' ἁβρὸν Ἰάω.

Hoc est.

Dic omnium supremum Deum esse IAO
Hyeme quidem Plutonem ac Iouem Vere incipiente,
Et Solem Æstate, Autumno mollem IAO.

Fusiora de his Seldenus libro de Diis Syris; Lylius Syntagmate de Deo, item Bochartus.

Hâc nempè Oraculi interpretatione *Liber*, *Sol*, *Pluto*, *Iupiter*, *Iao*, siue *Iacchus* idem penitus sonant; Eâ de caussâ primo Georgicωn libro, Virgilius Solem Liberi siue Bacchi nomine inuocat,

———— *Vos ô clarissima Mundi*
Numina, labentem cœlo quæ ducitis Annum
LIBER *&* *alma* CERES.

Scilicet Poëtæ eumdē Solem, eumdē Liberum, eumdemq; Apollinem, seu Iouem omnium Patrem vocitant. Vt pote per IAO siue Solem, Dionysium apud Græcos, vel Osiridem apud Ægyptios intellexere veteres. ISIS vero siue CERES, LVNA censebatur. Verum-enim-verò quatenùs rerum generationibus magnópere conferat Sol *vitæ dator* vnicus & vnicus *rerum generator*, ab Orpheo passim in Hymnis colitur? Quarè *Pan* magnus, Ætherius ille Spiritus siue Anima Mundi à Sole quasi defluens & vno verbo Iupiter, sic ab Orpheoteletis penés Onomacritum inuocatur.

Παντοφυὴς γενέτωρ πάντων, πολυώνυμος δαῖμον

Omnia generans omnium creator varij nominis Dæmon. Quare Socrates, hæc de Sole dicit, *Magnus in Cœlo Jupiter alato inuectus curru, primus fertur, disponens om-*

nia regensque. Hæc fermè omnia, quæ Solem attinent, Aristoteles isto ex Metaphisicis deprompto textu explanare penitùs videtur, παραδέδοται δὲ ὑπὸ τῶν Ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἐν μύθου σχήματι καταλελειμμένα τοῖς ὕστερον, ὅτι θεοί τέ εἰσιν οὗτοι, καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν. *à maioribus & antiquioribus*, (nempè Orphicis, primi enim inter Græcos Μυθολογίαν docuere) *quædam sub Fabularum Figuris posteris relicta sunt; quod Astra, Cœlum Dij sint totamque Naturam, Diuinum quid contineat & complectatur.* Cui suffragatur apprimè Socrates in Platonis Cratylo; Sic enim loquitur φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων Ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα, καὶ οὐρανόν, ἅτε οὖν αὐτὰ ὁρῶντες πάντα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι. *Primi Homines qui Græciam incoluere videntur eosdem dumtaxat agnouisse Deos, quos nunc exterarum gentium complures Solem, Lunam, Terram, Astra, Cœlum, quum perenni quodam cursu incedentia & meantia Mortales cernerent, ab illius Naturæ consideratione* θεὺς *cognominarunt, à* θεῶ *quod est curro.*

Lib.14. c.8. Duualleana edit.

Cur veteres supera Loca vti Cœlum coluere.

Quid plura? rebus conspicabilibus varia ac diuersa Dei nomina, prout cessit cuiusuis Libido, Veteres affinxerunt; illi enim omnem Naturam esse Deum, & quodlibet viuens, quod aniliter sibi persuadebant, diuersimodè animare edixerunt. Ac proindè, iuxtà diuersas τύπωσεις, diuersosque specierum & priuotorum subiectorum, *Indiuidua* vulgus vocitat, caracteres ac Formas, fieri Deum MVLTIFORMEM censuere. Quare Apuleius

Ratio πολυθέητος, & cur diuersa Ætheri siue Soli Nomina affinxere prisci Mortales.

libro illo de Mundo, qui perperam Aristoteli ascribitur, fatuæ huiusce opinionis rationem conatur nobis obiicere; Sic autem infit. *Quum sit Deus vnus idemque Numen, plurimus quidem nominibus nuncupatur, propter Specierum multitudinem, quarum diuersitate fit* MVLTIFORMIS. Quam quidem vanam & exibilandam Theologiam, ab veteribus Orpheotelestis prauè intellectis, acceperat ille Madaurẽsis; Quippè Sol, id est Iupiter siue Animus Mundi inuocatur ab Orpheo, penès Onomacritũ suis in Initiis Αἰολόμορφος *varius forma*. Huius item profanæ Mentis caussam edidere Sacerdotes Ægyptiaci hocce placito, πάντα γὰρ ἄ ἐστι, καὶ οὗτος ἐστι Θεός, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸς ὀνόματα ἔχει ἅπαντα, ὅτι ἑνός ἐστι πατρός. *Omnia quæ sunt & iste est Deus, quare ipse omnia Nomina habet quia vnius sunt patris.* Quod etiam confirmat Academicus Plotinus meditatiomibus his verbis, ὁ δὲ λόγος πάντα ὢν κατὰ μέρος ἕκαστον ἄλλος. *Ratio rerum Suprema cum sit quidem omnia in parte qualibet differens est ac diuersa.* Eapropter in Hymnis passim Orphaicis πολύαινος πολύμορφος & vno verbo πολυώνυμος nec-non παντοφυής Δαίμων. laudatur. Hinc concludit Martianus Capella secundo de Nuptiis Philologiæ libro, Deum Solem talibus deprecatus.

Pimandra cap. 5.

Orphici, dein Pythagorici Academicique diuersi-modè Solem siue Ætherem inuocarunt.

Sic vario *cunctus te* Nomine *conuocat Orbis.*

Cedò igitur, MI-NAVDÆE, quod huc vsque noueris veteres illos Μωρσόφους, Sensui potiùs quam Rationi vltrò confisos, res, quas colimus Diuinas, fuisse perperam contemplatos. Hi quippe Magnalia Dei pro ipso Deo, Effectum pro Causâ, Domum

pro Architecto, non Oculis sed Mente vtcumque capti apud se statuebant. O! quàm apposite eorum vesaniam proponendo docet hos Rex Sapiens diuinis hisce vocibus. * NEQVE OPERIBVS ATTENDENTES (Paganos indigitat) AGNOVERVNT QVIS ESSET ARTIFEX: SED AVT IGNEM AVT SPIRITVM, AVT CITATVM AEREM, AVT GYRVM STELLARVM, AVT NIMIAM AQVAM, AVT SOLEM ET LVNAM RECTORES ORBIS TERRARVM DEOS PVTARVNT. SCIANT QVANTO HIS DOMINATOR EORVM SPECIOSOR EST. SPECIEI ENIM GENERATOR HÆC OMNIA CONSTITVIT. AVT SI VIRTVTES ET OPERA EORVM MIRATI SVNT, INTELLIGANT AB ILLIS, QVONIAM QVI HÆC FECIT FORTIOR EST ILLIS. A MAGNITVDINE ENIM SPECIEI ET CREATVRÆ COGNOSCIBILITER POTERIT CREATOR HORVM VIDERI. Ad hæc & parilia gentium Profanarum suffragia, breuibus, ast diuinis ratiociniis respondet Thomas * Entheos longè post Diuum Augustinum libro de Ciuitate Dei. *Qui Naturas rerum primi considerare cœperunt, Imaginationem transcendere non valentes, nihil præter corpora esse posuerunt, & ideò Deum dicebant esse quoddam corpus, quod aliorum Corporum iudicabant esse principium. Et quia ponebant Animam esse de Natura illius corporis, quod dicebat esse principium, per consequens sequebatur quod Anima esset de Substantia Dei, vt & Stoici, iuxtà cuius erroris basim & fundamentum Manichæi Deum esse quamdam Lucem corpoream existimantes quamdam illius Lucis Animam esse posuerunt corpori alligatam. Secundi verò eò processere, quod aliquid Incorporeum esse aliquid deprehenderunt, non tamen à Corpore separatum, sed Corporis*

* *Salomon libro de Sapientiâ.*

Salomon & Diuus Thomas superiores veterum Philosophorum & Poetarum ineptias discutiunt & diluunt.

* *1. Parte quæst. 90. art. 1. vide item Diui Thomæ vberiores suos libros aduersus gentes.*

formam. Nec illud tandem prætermittendum intelligimus, quod idem Aquinas Opusculo de Symbolo Apostolico diuinè docet. *Homines imbecillis intellectus non valentes Corporalia transsendere, non crediderunt aliquid esse vltrà Naturam Corporis sensibilem, & ideò inter Corporalia posuerunt præeminerè & disponere Mundum, quò pulchriora & digniora in eo videbantur; & eis impendebant diuinum cultum, & huiusmodi sunt Corpora cœlestia scilicet Sol & Cœlum, sed istis accidit sicut alicui eunti ad Curiam Regis qui volens videre Regem credit quoscumque benè indutos vel in officiis constitutos Regem esse.* Varia porrò, ac benè multa, quæ sisterent penitus àc euerterent omnem veteris istius doctrinæ velitationem, vti calles apprimè, argumenta quirem huc asciscere. Verùm sinas, quæso, MINAVDÆ, remittam te ad vetustissimam illam Orphei Theologiam, quam locupletioribus Commentariis dudum illustrauimus; vt qui typis propediem, commendemus, ac dein, paucis ab hinc diebus, eam ipsam, si vacet, edituri simus in publicum, ac euulgaturi.



DIATRIBAS



DIATRIBA

DE SOLVTIONE DVORVM ÆNIGMATVM,

Quorum vnum à Martiano Capellâ ad calcem Libri secundi de Nuptiis Philologiæ proponitur: Alterum vero ab Hippocrate Coo circà initium Libri de Viuendi Ratione editur explicandum.

AD

ILLVSTRISSIMVM VIRVM

LVDOVICVM GVEZIVM BALZACIVM.



TANDEM aliquando tibi non secùs ac mihi morem gero, ILLVSTRISSIME BALZACI, quod certâ fide coram viris de Republicâ Litterariâ meritissimis, Grotio, Rigaltio, Puteanisque Fratribus pollicitus tibi fueram, vnicâ duntaxat Diatribâ, præstare sum conatus. Hac enim ipsâ, duo illa, quæ tamdiu Philologorum Menteis fatigârunt, Martiani Capellæ & Hippocratis Coi Ænigmata solutum iri pos-

ſe me vtiq; mihi videor. Neq; profectò, ſi meam aſſequare Mentem, de his ambigere poſthàc quoquomodo poteris; Res enim à te propoſita, quantùm datur præſumere, quàm opportunè mihi ceſſit. Quamquam heſternis noſtris ſermocinationibus perſentiſcere mihi ſuaſerim nos inter nos non congruiſſe, poſtridie tamen, has ad te, per modum Diatribæ, Litteras ſcribere occepi, quàm tecum collocutus fuerim. Suaue enim mihi fuit, coniectes quæſo, meas dare, qui tuas vtcunque merear accipere. Certiſſimè iucundis tuis Litteris, vt maturem mittere ad te Reſponſa, vltrò tibi obſequentem me non eſt opus ſollicitare. Haud enim occurrit quicquam quod ab conceptâ, eâ de re, ſententiâ queat me reuocare. Verùm pro-certò habeas non tam me mouere dicendi confidentiam, quam negandi verecundiam. Equidem, ni te Clariorum Hominum Vrbanitate gratiſſimum ſuſpicerem, muſſaret iamiam Critica omnis noſtra Philologia, nec coràm te, qui rebus non modo Vim ſed & Gratiam adiicis, quicquam auderet hiſcere. Etenim tantò aliis Scientiâ, ſimul & mollitâ verborum Lenociniis dicendi Ratione præſtas, quanto maximè tibi ipſi ſapere cuique videaris. Nec autem alteri cuipiam æmula tua ſtat Eloquentia: tuis nunc Inuentis fruitur ac gaudet tota Gallia; Is namque ipſe es, qui iucundi peræque ac veri conſultiſſimus nec immeritò poſſes gloriari. Is, inquam, ipſe es, cuius melle dulcior fluit Oratio; &, vt Poëta Græcus,

Οὗ ϗ ἀπὸ Πλώτης Μίλιτος γλύκιον ῥέεν αὐδή,

Quibus autem Salibus, quo Lepore, quâ, vt ità dicam, & quali Gratiarum pellaciâ, tua penitissimè luxuriet Oratio, vel Res ipsa, quæ communis etiam rudioribus esse debet, prorsus indicat. Profectò eæ omneis Artis Oratoriæ, quæ te mirum in modum affectant, veneres à plerisque longè se se subducere planè videntur; Quos inter cùm iaceam, barbaro sermoni, quo tibi Mentem aperiam, est vtique parcendum. Cæterò illa fermè omnia, quæ variis ventilata quæstionibus, hùc possent inferi, mihi est Animus impræsentiarum prætermittere. Iccircò, quæ à me postulâtas de PRIMA TELLVRE, circà veterum Philosophorum Παλιγγενεσίαν, cur Virgilius, cecinerit

——— *Tuque ô* PRIMA *frementem*
Fudit Equum magno TELLVS *percussa Tridenti.* *Georgic. l. 1.*

Remitto ad nostram de Naturæ Circulo Dissertationem Inibi enim exploratum habebis, quid Prisci fuerint imaginati de vastis & immensis terrarum Alluuionibus siue *Magno Tridenti, quo Tellus percutitur*, Ποιητικῶς loquor; eò namque attinet Maronianum istud æque ac illud,

——— PRIMA ET TELLVS *& pronuba Iuno* *Æneid. l. 4.*
Dant signum.

Patebit enim omninò tibi, quidquid de primâ illâ Tellure, tam Poëtæ quàm Philosophi veteres eatenus censuere. Neque etiam hìc loci explanabo, illud ipsum, quod Strabonem de Marium Circumcisione & Fæminarum Excisione, penes Ægyptiorum ritum, retulisse tibi spoponderim. Interim

quàm hallucinatus fuerit Compilator ille, alioqui doctissimus, vestiges ex hoc Textu, * καὶ οὗτοι δὲ τῶν ζηλουμένων μάλιστα παρ' αὐτοῖς τὸ ξέφων τὰ γεννώμενα παιδία καὶ τὸ περιτέμνειν, καὶ τὰ θήλεα ἐκτέμνειν. ὅπερ καὶ τοῖς Ιουδαίοις νόμιμον, *id maximè laudatis eorum moribus est*, de Ægyptiis loquitur Enarrator ille, *quod prolem educant, circumcidunt Mares, & fœminas excidunt. quod Iudæis est legitimum; qui, vt suprà dictum est*, nempè lib. XVI. *Origine sunt Ægyptij.* Fortasse-an more puellarum Romanarum quas Iuuenalis Poëta quàm appositè ridet. Quæ porrò & qualis de his & parilibus nostra sit sententia, ore ad os, & Cabalistico veterum Mecubalium more, tibi aliàs exhibebitur. Iam verò Poëticos hos Martiani Capellæ Griphos, de quibus agetur hìc, iuuat solum-modò discutere.

* *Libro* XVIII.

MYSTICÆ AD SOLEM PRECES

ΑΙΝΙΓΜΑΤΙΚΩΣ.

FICTÆ

EX MARTIANO CAPELLA.

IGnoti vis celsa Patris, vel prima Propago,
Fomes Sensificus, Mentis fons, lucis origo:
Regnum Naturæ, Decus atque Assertio diuum,
Mundanusque Oculus, fulgor splendentis Olympi;
Vltràmundanum fas est cui cernere Patrem;
Et magnum spectare Deum, cui circulus Æthræ
Paret & immensis moderati raptibus orbes.
Nam medium curris iter, dans Solus amicam

Temperiem Superis, compellens atque cohercens
Sidera sacra Deûm cum legem cursibus addis.
Hinc quod est Quarto ius est decurrere Circo:
Vt tibi Perfectâ numerus Ratione probetur.
Nonne à principio geminum tu dans Tetrachordon
Solem te Latium vocitat, quod Solus honore
Post Patrem sis lucis apex, radiisque sacratum
Bis senis perhibent caput aurea lumina ferre.
Quod totidem Menses, totidem quòd conficis Horas,
Quatuor Alipedes dicunt te flectere habenis.
Quod solus domites, quam dant Elementa quadrigam,
Nam tenebras prohibens, retegis quod cærula lucet.
Hinc Phœbum perhibent prodentem occulta futuri.
Vel quia dissoluis nocturna admissa Lyæum;
Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim.
Dissona sacra Mithram, Ditemque, ferumq; Typhonem,
Atys pulcher item, curui & puer almus Aratri.
Ammon & arentis Libyes, & Biblus Adonis.
Sic vario cunctus te Nomine conuocat orbis.

HIC GRIPHVS ENVCLEANDVS.

Salue vera Deûm facies, vultusque Paterne, Ænigma ab Martiano Capellâ hîc proponitur.
OCTO ET SEXCENTIS NVMERIS, CVI LITTERA TRINA
Conformat sacrũ NOMEN, COGNOMEN ET OMEN.
Da PATER *Ætherios Mentis conscendere Cœtus:*
Astrigerumque sacro sub nomine noscere Cælum.

Amoliturus cæcam, quæ huiusce Metri sensum penitus occuluit, caliginem, operæ-precium duxi rem,

adeò vt euidentior fiat, à capite appoſitius auſpicari, & breui quodam Commentario clariùs illuſtrare. Diſquirendum igitur nobis incumbit, quid ſibi vult Martianus, primo hocce verſiculo.

IGNOTI *vis celſa* PATRIS, *vel* PRIMA PROPAGO.] Scilicet obſeruatu dignum arbitror Homerum longè poſt Orpheum, vt Pythagorici & deinde Platonici obſeruârunt, Deum, quem meditati illi ſunt, Κορυφαῖον *Coryphaum* & ſupremum ΠΑΤΕΡΑ *Patrem* vocitaſſe. Hunc item ipſum Plato, vt Proclus ſuis paſſim in Commentariis teſtatur, ΠΟΙΗΤΗΝ *Mundi factorem* nuncupauit. Cuius rei rationem ſubiicit Chriſippus, Πατέρα, inquit, dixere veteres Θεῶν τῶν γεννητῶν, & Ανθρώπων *Patrem Deorum & Hominum.* Ποιητὴν item τῶν Α'ψύχων & τῶν Α'λόγων, *Factorem rerum Animæ & Rationis expertium.* De hoc certè ſummo Parente loquitur Virgilius verſu iſthoc,

Lib. Æneid. *Annuit & totum nutu tremefecit Olympum.*

Hunc porrò Πατέρα καὶ Ποιητὴν τοῦ παντὸς, docet Plato, *εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα ἐς πάντας ἀδύνατον λέγειν.* IGNOTVM HVNC PATREM *reperire arduum & difficile, & quum repertum habueris exponere nefas eſſe.* Hinc Pars Ætherea ſiue Sol ſcitè inuocatur [IGNOTI *vis celſa* PATRIS.] Namque ab inuiſo illo & VLTRAMVNDANO PATRE facta. Ideoque poſt hac noſter Martianus ibidem canit,

VLTRA MVNDANVM *fas eſt cui cernere* PATREM
Et MAGNVM *ſpectare* DEVM.

Quam abditam Scientiam ab Platone ſibi ſumpſit vir ille Philologus. Hunc enim *Ignotum Parentem* vo-

cat in Timæo Μέγιστον Θεὸν καὶ Δαίμονα, *Magnum Deum*. Vt potè, inquit Æsculapius ad Ammonem, * ΠΑΤΗΡ πάντων ὁ Θεός· Δημιουργὸς δὲ ὁ Ἥλιος *Omnium Pater Deus*. Putà IGNOTVS ILLE PATER: *rerum Opifex vero Sol;* scilicet, *Instrumentum Dei &* PRIMA PROPAGO: quare Πατὴρ *Pater* habetur; & post modò *prima Propago*, quare etiam Ποιητὴς *factor* concipitur. Profectò arcanã hanc omnem Theologiam ab Homero addictissimo Orphei Sectatore, vti notat Iustinus Martyr, * planè didicerat Academiæ Princeps: proindeque Lycius Proclus Homerum hunc Διδάσκαλον τοῦ Πλάτωνος ἁπάσης πραγματείας, καὶ τῆς φιλοσόφου Θεωρίας ὅλης appellitabat. Verùm Cœlites, iuxtà veterem Mystagogiam, vt docebat Socrates apud Platonem, partim visu vsurpamus, partim Intellectu vestigamus; Quod apprimè callebat Maro secundùm illud ex Georgicis.

** In fragmentis Ægyptiorum sacerdotũ.*

** Initio libelli aduersus Genteis.*

Quod confirmat Apuleius vbi de Deo Socratis.

——————— *Vos ô Clarissima Mundi*
Lumina! labentem Cælo, quæ ducitis Annum
Liber & alma Ceres.

Quippe Sol & Luna dicuntur ab Academicis Ἀγάλματα ἀγνώστου τοῦ Θεοῦ *Imagines Ignoti illius Patris*, qui quidem Deus ἀόρατος siue καὶ ἀπερόληπτον dumtaxat inuocandùs, ab veteribus Sophis censebatur; Etenim αὐτὸ τοῦτο, καὶ προσόντως τοῦτο planè illis erat, seu Αὐτοαγαθὸν καὶ Αὐτοκαλὸν, &c. Ast de his consulas Platonem.

Cæterùm vis illa Patris Ignoti dicitur PRIMA PROPAGO, quod cõgruit maximè Orphicæ Menti, proindeq; vocatur, vti videre est ex Hymnis Onomacriticis, Πρωτογόνος *Primigenitus*; Quoniam Pars Ætherea siue Sol potissimum est Dei Instrumentum; Qua-

re dicitur ab eodem Orpheo παμφαὲς ἔρνος *tota lucens Progenies*; & Ἄῤῥητον *innominatū*: ſicuti pariter habetur in Hymnis Bacchi, Miſes, Dionyſij, &c. qui vnus & idem omninò Deus eſt. In pleriſque autem Hymnis vtitur hoc Epitheto τοῦ Ἄῤῥητον. Inuocat enim Orpheus omneis Deos & Deas Ἀῤῥήτους *non nominandos*, quem quidem ritum ſectatur hic noſter Martianus. Solem enim ἀῤῥήτῳ τοῦ Nomine donare fas duxit. Heinc Ænigma propoſitum ad finem Myſticarum harum ad Solem precum. Certiſſimè, quoniam ſacrum Dei nomen, quod vtcunque cum Ægyptiis defraudarat Orpheus, ipſis Orpheotelestis non ſecùs ac Hebræis pronuntiare haud fas erat. Heinc frequens illud τὸ ἄῤῥητον in Orphicis & Pythagoricis Hymnis & aliis iſtiuſmodi precibus. Nec eſt cur ſibi finxerit magnus noſter Voſſius Libro primo de Theologia Gentili * vetus vocabulum, quod poſt Apotheoſim mutauerint Dij Gentium, effari non licere.

* *Cap.* 2.

Heinc præſertim occaſio huiuſce Ænigmatis: nimirùm propter Ἄῤῥητον τὸ ΥΗΣ, ſiue Sol ſeu Bacchus, de quo iam-iam erit quoq; poſterius tractādū. Pergit verò idem noſter Capella, [*Fomes ſenſificus*, MENTIS FONS, *Lucis Origo*] vt potè Solem, ſiue Æthera. MENTIS ſeu *communis illius Agentis* iuxtà Ariſtotelem & Auerroiſtas, *Intellectus* compotem ſibi perſuadebant veteres. Heinc item illud Virgilij. *

* *Libro* 10. *Æneid.*

———*Cælum Hauſit* MENTEMQVE *recepit*.

Heinc denique ille Ennij Poëtæ Pythagorici, ſeu potius Orphici verſiculus, quem Ioſephus Scaliger ita reſtituit,

Vide noſtrā Diſſertationem in Epicureā Philoſophiam. pag. 51.

Iſthic

Isthic est de SOLE *sumptus* IGNIS: *isque* MENTIS *est.* Ideoque Sol habetur ab nostro Martiano FOMES SENSIFICVS, id est, Ignis Solaris, quem Maro * nominat. * *Lib. vi. Æneid.*

ÆTHERIVM SENSVM *atque Aurai simplicis* IGNEM. Verum-etiam-verò ille idem *Ignoti Patris* πρωτόγονος *primigenitus*, dicitur ab ipsomet Capellâ [Regnum Naturæ, Decus atque ASSERTIO DIVVM.] Quod ipsissimum enucleat apprimè Macrobius suis vberioribus in Solem enarrationibus. Quod etiam abundè, nostrâ de variis Dei nominibus Soli attributis Dissertatione, fui Commentatus. Dicitur insuper [MVNDANVSQVE OCVLVS, *Fulgor splendentis Olympi*, VLTRAMVNDANVM *fas est cui cernere* PATREM, *& Magnum spectare Deum,*] *de Magno sanè Deo, & vltramundano Patre*, sat superiùs. *Mundanus* autem *Oculus* lautur, penes Orphicorum & Pythagoricorum, quam sectabatur Appollonius Thyanæus, * Mystagogiam. Scilicet Sol, quasi Centrum Mundi, Terram, Lunam cæterosque Planetas (hunc ideò Mundum inter priuos nos sæpè-sæpiùs *Solarem* dictitauit noster Gassendus, simili vtcumque opinioni astipulatus) statis legibus regere ac tueri videbatur. Proindeque Solem Διὸς Φυλακὴν, *Iouis Custodiam*: Διὸς Θρόνον *Iouis Solium* & Διὸν Πύργον *Iouis Turrem* nuncupabant. Quin etiam præ sui Luminis vi Mundi siue Iouis Oculum prisci eumdem Solem vsurpabant. Quod quidem testatur Orpheus in Hymno. * *Apud Philostratum.*

Κλῦθι μάκαρ, πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον Ὄμμα.

Audi beate, SOL *omnia videntẽ habẽs æternũ* OCVLVM.

T

Similiter Hesiodus. * * Lib. opera & dies.

Πάντα ἰδὼν ΔΙΟΣ ΟΦΘΑΛΜΟΣ, καὶ πάντα νοήσας.

Omnia videns IOVIS OCVLVS *& omnia Intelligens.*

Iccirco pangit noster Martianus hunc eumdem rationis tenorem persecutus,

——— *Cui Circulus Æthera*
Paret, & immensis moderati raptibus Orbes.
Nam medium tu curris iter,

Ab Eclipticâ enim Sol nusquàm deflectit; siue potius inter Planetas semper Medius Zodiacum subit. Ideoque,

——— *Dans Solus amicam*
Temperiem Superis compellens atque coercens
Sidera sacra Deûm; cum legem cursibus addis.

Sidera enim pro Diis habebantur; Quare Plato in Cratylo & Aristoteles in Metaphysicis. Lib. 14. c. 8. Θεοὺς ἀπὸ τοῦ θεῖν. ab currendo per vastum Æthera vocitauere. Hæc verò penitus omnia, ILLVSTRISSIME BALZACI, quæ scitè adeò calles, scias, me, animi solùm gratiâ, & vt memoriâ paullulùm refrices, primoribus, vt aiunt, labellis delibare. Verùm, quoniam Sol medium inter Planetas currat iter Æthera quasi temperans, sic concludit Martianus,

Hinc est quod QVARTO *ius est decurrere* CIRCO.

Videre licet Quarto Planetarum Circulo Sol iugiter incedit Medius. Medius enim cæteros inter ἑπτάδος. Etenim siue auspicere, iuxta vulgare Systema, ab Lunæ, Mercurij Veneris Circulo, siue ab Saturni, Iouis, & Martis Circo, Sol reperitur semper Quarto. Nam-

que vtrinque tres Planetæ numerantur, subindeque quâ supputes ab Lunâ, Mercurio, Venere, quâ verò ab Saturno, Ioue, Marte, Sol Quarti vicem supplet; Quod appositè obseruarat, communis olim noster Grotius, putà, quod Μυστικῶς *Mysticè*, penes Orphicorum & post-modò Pythagoricorum & Platonicorum ritus, dictum velim.

Vt tibi PERFECTA *Numerus* RATIONE *probetur.* Profectò quàm scitissimè hunc meditatus est versum Capella; Siquidem Tetras siue Quaternarius Numerus quemlibet Numerum continet; Continet enim Decadem siue Denarium, qui τὸ ὅλον *vniuersum* iuxtà Arithmeticam Veterum Theologiam, planè designat. Quare hìc loci perfectâ Ratione Numerus Soli probatur. Nempe Quaternario quem sortitur Numero vim quam toti Mundo impertitur, Μυστικῶς Demonstrat. Est enim Numerus Quadratus totius Naturæ firmamentum exprimens. Tetras namque, inquit ipse Capella, * *est in quâ Soliditatis certa Perfectio. Nam ex Longitudine & Profunditate componitur; Decasque plena, his Quatuor Numeris gradatim plicitis, integratur. Id est,* VNO, DVOBVS, TRIBVS, QVATVOR. Etenim 1. 2. 3. 4. per Additionem Numeratis componunt decem. *Item*, notat idem noster Capella, *Hecatontas à Decade Quaternario cumulatur, id est,* 10. 20. 30. 40. *qui sunt* CENTVM *& item à Centum Quatuor Numeri reddunt* MILLE id est, *Centum, Ducenti, Trecenti, Quadringenti. Sic* DECEM MILLIA, *cæteraque excrementa complentur.* Cæterò apud Orphi-

* *Lib. vi. Philolog. ubi de Tetrade.*

cos & Pythagoricos in ſacris Initiis & Quadratus ille Numerus maximè vſurpabatur. Quin etiam per Arcanam Τετρακτὺν ſiue *Tetradem* iurabant. Quare

Vide Hierocleem in Aurea Pythago. carmina.

τὸ Πᾶν ſiue QVADRATVM DEVM MERCVRIVM Perfectus is Numerus deſignabat. Quod planè illuſtrat Author Anonymus Ἀριθμητικῶν Θεολογουμένων: Ait enim τὴν τετράδα, quâ de hìc agitur, κορυφοῦσθαι. Primas enim tenet in Arithmeticâ Theologiâ, & in Sacris veterum Ritibus; Heinc illud quoque Virgilij,

Libro 1. Æneid.

——— ——— *O terque quaterque Beati.*

Porrò has omneis notas putidè ab noſtro Capellâ hauſit vel potius ſuffuratus eſt, atque vt ſua protulit Cornelius ille Agrippa libro de Occultâ Philoſophiâ. verùm pergamus.

Agrippa ſuum de Occultâ Philoſophia librum ab Martiano Cape â ſecompſit.

Concludit tandem noſter Poëta Myſtagogus, de Sole ſe huc vſque ſermonem habuiſſe,

Nonne hac Principio GEMINVM *tu das* TETRACHORDON?

Solem te Latium vocitat, &c.

Et reapſe, Sol enim Geminũ Tetrachordon, cum tribus Planetis alterutrinq; ſpectatis, componit. Quam Perfectam Planetarum & totius Cæli Rationem, longè antè Pythagoricos cæteroſque Myſtas Sapienteis, meditatus fuerat Orpheus. Quod quidem clariſſimum patet, penes Onomacritum, ex Orpheotelestarum Hymnis, & præſertim in Hymno Apollinis his verſibus.

——— ——— σὺ δ' ἀρχή τε τελευτή τ' ἐσσὶ μέλουσα,
Παντοθαλής, σὺ δὲ πάντα πόλον ΚΙΘΑΡΗ πολυκρέκτῳ
Ἁρμόζεις, ὁτὲ μὲν νεάτης ἐπὶ τέρματα βαίνων,

Ἄλλα τε δ' αὖθ ὑπάτην, ποτὲ δώριον εἰς διάκοσμον.
Πάντα πόλον κρίνας, κρίνεις βιοθρέμμονα φῦλα,
ΑΡΜΟΝΙ'Η κεράσας παγκόσμιον ἀνδράσι Μοῖραν
Μίξας χείμῶνος θέρεός τ' ἴσον ἀμφοτέροισιν,
Εἰς ὑπάτας χειμῶνα, θέρος νεάταις διακρίνας,
Δώριον εἰς ἔαρος πολυκράτου ὥριον ἄνθος.

Quod quidem Iosephus Scaliger antiquis versibus; Latinis doctissimè sic expressit.

Radices statuisti infrà tibique extima Mundi
Et tibi Principium, tibi soluitur Exitus omnis,
OMNI-VIRENS FIDIBVS, TV CÆLICA TEMPLA CANORRIS
Permoderaris, ad ima nunc confinia sedis,
Nunc ad primam iterum, nunc ad MODVLAMINA DORII,
Cælum omnem varians varias animantia sæcla
Temperias hominum moderans æqualia Fata
Tantundem miscens, Hyemisque atque Æstuis iisdem,
Discernens primis Hyemem, inferioribus Æstus.
At Veris grati speciem MODVLAMINE DORII.

Hunc Astrorum Concetum vberioribus Enarrationibus exponit Macrobius * idem post Kepplerum libro de Cælesti Harmonia præstitit ὁ Μαργαρίτης nostras Mersennus. Quamobrem ex Astrorum sedulâ & accuratâ contemplatione scitè & meritò Platonici Cælorum concentus intelligere, id est, Mente capere, non autem, vt vulgus effutit, auribus percipere se iactitabant. Proindeque χρυσολύρης Apollo rite ab * Orphicis inuocabatur. Immò in

* *Lib. 1. Saturn.*

Vide Gassendum exercit. Fuddanæ Philosophiæ & Augurali Regii Professoris Oratione.

* *Quod pa-*

Iàm fit ex Hymno Apollinis.

Hymno Iouis Μυσικώτατος Tetrachordon innuens Orpheus canit.

——— Τετραβάμοσι ποσὶ χορεύων.

Quaternis pedibus choreas ducens.

Ac paullò inferiùs iterum.

Χρυσολύρη, Κόσμου τὸν ΕΝΑΡΜΟΝΙΟΝ δεσμὸν ἕλκων.

Et quoniam Cælum temperet, idem ab eodem Orpheo Κοσμοκράτωρ nominatur. Quare ibidem,

Quod apprimè obseruauit Iulianus Aurelius lib. 3 de Deorum cognominibus c. vi

Μάστιγι σὺν λιγυρῇ τετραώρων Ἅρμα διώκων,

Id est, *gubernans Quatuor Anni tempestates cum Flagello Harmonico: seu potius, cum Astrorum & totius Mundi moderatione.*

Has ob Caussas, hic iste noster Martianus Capella, * sic Musam modulantem inducit his verbis; *Tunc Virgo concludens ad Iouem reuersa, aliis Modulis Numerisque, voce etiam associatâ, sic cœpit.*

* *Lib. ix. de nuptiis Philologia.*

Te nunc Astrisonum carmine Iupiter, siue Sol,*
Quo gemmata Cæli voluere sidera
Sueuit lege ratâ sacra recursio,
Præfandum veneror, &c.

* Vnde Socrates MAGNVS IN COELO IVPITER ALATO INVECTVS CVRRV PERIMVM FERTVR.

Et posthac, sic sancit.

Tu Rector Superûm, tu Pater Optimus,
Complexuque pio sidera colligans,
Natos, (id est Mundi parteis, *perpetuo Corpore viuidas*,) id est Animas. Quare Ζεὺς ἀπὸ τοῦ Ζῆν.
Salue, nostra cui perficitur CHELIS
BIS PLENVM *omni-sona cui recinunt* MELA.

Certissimè geminum dat Tetrachordon Sol; Primò enim ab Lunâ, Mercurio, venere ascensu, Quar-

tum locum vltimus sibi sumit, dein Principem locum obtinet in Martem, Iouem, & Saturnum Recursu. Quæ Geminæ Solis & Planetarum rationes Geminum conflant Tetrachordon. Æquiparatur autem Sol MESE in accuratiori τῆ Μυσικῆς Proportione. Quod quidem rectissimè obseruârat noster Grotius.

Verùm enim vero hanc Planetarum & Solis Rationem, quam Orpheus AVREAM APOLLINIS LYRAM vocat, *Tetrachordon* ritè cecinit Mineus ipse Carthaginiensis; Est enim Tetrachordon *Affectio quadam sonorum quatuor per ordinem compositorum, quorum extremi sibi debeant conuenire.* Est autem potissimum Harmonices Systema ex multis vocum modulis constans: quodquidem perfectum & absolutum reperitur, quodque ab Acquisito Græci Προσλαμβανόμενον dixere. Ad mediam quippe, quam Μέσην *Mesen* dicunt, omne conficitur. Verùm ex tribus Tetrachordorum generibus, τὸ χρωματικὸν *Colorabile* sibi potius vendicat, quoniam sicuti, quod in Arte Pictoriâ inter Album & Nigrum est, *Color* dicitur, ità in Musicâ quod inter vtrumque tonorum est, CHROMA nominatur. Hoc autem Tetrachordi genus maximè spectat eam ipsam quam modulatus est noster Author Solis RATIONEM. Apprimè igitur Ζεὺς qui itidem est Sol Δὶς-διὰ-πασῶν arcanâ Cantione dictitatur. Ad-rem ergò sectatus Orphicos hic ille Poëta Carthaginiensis propter Mensium, Horarum & totius Mundi ditionem, fusiori versum tenore Mentem suam explicat.

Heinc Lyra Orphica siue totius Mundi Natura septem Chordis siue Planetis concinna. proinde Numerus septenarius, sacer, & rebus genitis generandique cōmodus, Imò Climactericus; vel vt alij ex Nouem Chordis; Quare nouenarius Climactericus & partubus iuxta Pythagoricos influens; de quibus, vide Hippocratem & Philonem Iudaũ. Vbi de septenaria Numero in quo quieuit Deus omnia creãs & disponens.

Libro II. *Nonne hàc Principio Geminum tu das Tetrachordon?*
SOLEM *te latium vocitat quod* SOLVS *honore*
Post Patrem sis lucis Apex, hinc Sol Primigenitus Πρωτόγονος, In Hymno, penes Onomacritum, Orphaico.

——— *Radiisque sacratum*
Bis senis, supp. Mensibus, *perhibent caput aurea lumina ferre.*
Quod totidem Menses, scilicet 12. *totidem quod conficis Horas.*
Quatuor Alipides,) Propter Elementorum & Naturæ citos & indefessos motus,

——— *Dicunt te flettere habenis,*
Quod SOLVS *domites quā dant Elementa* QVADRIGAM.

Vides, ILLVSTRISSIME BALZACI, ad verbum τὸ QVADRIGAM, quàm nitidissimè sacra Orphei Initia imitetur Martianus. Selectos Hymnorum versiculos Latinè vertisse solummodò videtur. Heinc item ab iisdem Orphicis, & illud Mysticum à voce Græcâ ΦΟΙΒΟΣ, quæ apud Homerum sæpe-sæpiùs Epitheti vicem gerit,

Heinc PHOEBVM *perhibent prodentem occulta futuri.*

Deinde omnia Deorum Nomina Συλλεκτικῶς *Collectiuè* vti in Hymnis Orpheus, quod post Lycium Proclum doctissimè Enarrauit Aurelius Theodosius, * Soli tanquam totius Naturæ Moderatori, planè affingit; Solem enim LYÆVM inuocat ἀπὸ τοῦ λύειν *à soluendo*, nempe Arcana, quæ noctu admittuntur, Somnia, ideóque

* Lib. I. Saturn.

Vel quia dissoluis NOCTVRNA ADMISSA LYEVM.

Te Serapim

Porrò Serapim & Osirim Ægyptij Solemn ominabant, quod abundè cuique insinuat Plutarchus libello de Iside & Osiride, proindeque Capella.

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim.

Quod autem variis Magorum ritibus Solem adorabant Persarum genteis, heinc idem ille

DISSONA *sacra* MITHRAM.

Non enim *dissona* quasi barbara, vt sibi vult Hugo Grotius; & textus ille, *dissonas nationes* perperam ab eo adducitur. Dissonas enim, id est, τὸ diuersas. Verùm, quoniam Sol Meridionalia Signa percurrens, Terram subire, atque tunc procellas tempestatesque ciere videatur, Plutonis seu Ditis & Typhonis titulo fuit inuocatus. Namque Typhon & Pluto vnus & idem Sol pro eadem fermè Ratione habebatur. Quare, hìc obseruatu dignum ducimus, quòd perperàm ab Henrico Stephano in Initiis Orpheotelestarum, hunc titulum Hymni Ditis, ΕΙΣ ΘΥΦΩΝΑ deleuerit, vt substitueret ΕΙΣ ΠΛΟΥΤΩΝΑ, Miror adeò; Siquidem Orpheus & sui Sectatores vsi sunt vocibus, & de industriâ, μιξοβαρβάροις, qualeis sunt TYPHON ex Ægyptiis, SABAZIVS, ADONIS &c. vti planius posteà sumus ostensuri; Quapropter rectè Codex Aldinus, qui Regio Manuscripto vtique quadrat, ΕΙΣ ΘΥΦΩΝΑ, non ΠΛΟΥΤΩΝΑ vti Stephaninus. Appositè ergò Carthaginiensis Poëta,

------ DITEMQVE, *Ferumque* TYPHONEM,

Quod innuit Plutarchus suo promiscuè libro de Mysticâ Ægyptiorum Sapientiâ. Idem porrò

Sol in eodem Typhonis siue Plutonis Hymno dicitur Ζεὺς χθόνιος, *Iupiter terrestris:* & Habitans domos inferas, ὑποχθόνιον ναίων δόμον. Quin etiam in eodem Hymno designatur Antrum Atthidis subire. Quippè Μυστικῶς, nec præter rem; Etenim Atthis idem qui Adonis, vti subinde canit noster Capella, Orpheum, vt hic inculcare conamur, vltrò imitatus. Ideoq; iuxta veterem Sapientum, qui Poëtæ existere, Sapientiam, sicuti venus, siue vis terræ prolifica flet Adonida, ita Mater Deorum siue Terra ipsa flet Atthida. Scire-licet, quùm brumali tempore Terræ proximus delitescere confingitur. Sol autem vocatur Atthis quatenus terram fæcundet; heinc terram *Antrum Atthidis* antiquitus vocitauit Thrarius Gentium Theologus; Et, vt refert apud Eusebium * Porphyrius, Atthis incumbit vere nouo excludendis primis floribus. Namque, iuxtà Orpheum, in Hymno Ditis siue Typhonis.

* Præparat. lib 3.

Τετρώροις ἵπποισιν ὑπ' Ἀτθίδος ἤγαγες Ἄντρον

Δήμου Ἐλευσῖνος, τόθι πύλαι εἰς Ἀΐδαο.

Hanc ob rationem, Mysteria Magnæ Deorum Matris in Eleusine circà Atthidem celebrantur. Adamussim igitur post Orpheum Capella.

---- --- *Ditemque ferumque Typhonem,*

Atthis pulcher item, curui & Puer almus Aratri,

Fortasse-an hìc loci Triptolemum * Author indigitat.

* Nam vt Isis apud Ægyptios, sic Triptolemus apud Atticos stirpium culturam & præcipuè frumenti sationem docuerat. Heinc ansa istius Mystagogiæ.

Ammon & arentis Libyes,

Quippe Iupiter idem qui Sol, quod palàm fit apud omnes veteris Sophiæ Authores, quorum proba-

tissimus Plato * huius dogmatis veritatem circcà Initium Timæi penitus confirmat.

** Cŏsule Timæum vbi de alato Iouis curru.*

——— ——— *Ac Biblus Adonis.*

Corrigenda autem vulgaris editio Capellæ: nõ enim dicitur Βίϐλιος sed Βίϐλος; vestigandus Strabo vbi de gentibus Biblis, non autem Bibliis. Nam vt rectè probatissimus ille anthor retulit libro decimo sexto, *circà Libanum & Sinnam erat* Βίϐλος *Biblus.* Quæ quidem nostra in vulgatam Capellæ editionem emendatio confirmatur à Suidâ in voce Α'δωνις, his verbis ϗ πένθος ἦν ἱερὸν ἐν Λιϐάνῳ τὸ ἐπ' Α'δώνιδι Βύϐλῳ, *Et sacer erat luctus propter Adonidem Biblum in Libano.* Rursum corrigendus hicce Suidæ vulgaris textus; Etenim reiicienda coniunctio ϗ præter rem interposita; Inanis autem, atque ab Exscriptoribus, vti quàm appositè coniectamus, perperàm exarata; Cocircà Vvolfius qui Biblum pro homine sumpserit, quùm sit vrbs, penes Plinium, propè Fluuium Adonidem sita, & Æmilius Portus Suidæ Interpres turpiter falluntur. Porrò Sol, qui & Bacchus dicebatur ab Orpheotelestis, dicebatur quoque abiisdem Adonis. Vt potè, non solùm Δίκερως *Bicornis*, sed & Σϐεννύμενος *obscurus* & quasi exstinctus inuocatur in Orphaico Adonidis Hymno. Siquidem, veluti notat Macrobius, circà Brumam, quùm dies sint breuiores & inferiorem percurrat Hemispherij partem, Lucem minuit & Calorem. Profectò, vt enarrat apud Eusebium Porphytius, Orphicam hanc Græcorum Theologiam interpretatus his verbis, ὁ δὲ Α'δωνις τὸ τῶν τελείων

Corrigẽdus vulgaris textus Suidæ in voce Α'δωνις.

De his vid. nostram Dissertationem de variis Dei nominibus Soli attributis.

Καρπῶν ἐκτομῆς σύμβολον, *Adonis Frugum Messem represen-tat*, non secùs atque Atthis Frugum primitias. Et paullò infrà iterùm inculcat idem Malchus τὸ δὲ κατὰ τὴν Τελεσιουργίαν ἐκτομῆς τὸ Ἄδωνιν σύμβολον ἔχει. *Maturarum Frugum Messis Adonis nomine adumbratur.* Quâ de Causâ, Orphici in Hymno, sic Solem Adonida laudauere,

Eusebius lib 3. praeparat. c. 11.

> Ἠδὲ πάλιν πρὸς Ὄλυμπον ἄγεις δέμας ὡριόκαρπον.
>
> *Atque rursus ad Olympum ducis Corpus tempestiuos fructus ferens.*

His ergò ritè ponderatis & conceptis, Illvstrissime Balzaci, haud diffitendum est, Capellam nostrum post Orphicos probè sanciuisse.

Sic vario *cunctus te* nomine *conuocat Orbis.*

Verùm, quòd ex nostrà de variis Dei Nominibus Dissertatione potuisti colligere, perspectam habes huiusce conclusionis veritatem. Nec te igitur in discutiendis veteris Sophiæ rudimentis diutius morabor. Quare ad enucleandum, de quo hìc præcipuè habetur Dissertatio, Capellæ Griphum iam nos accingamus.

Salue vera Devm Facies *vultus que Paterne.* Operæ profectò pretium est, vt huiusce Metri sensus clariùs cuique patescat, rem à primis suis rationibus occipere. Certum enim est, iuxtà Veteres cùm Poëtas tùm Philosophos, Spiritum per omnes Mundi parteis commeantem vtriusque Sexus vim penitus sortiri; Quæ quidem vis totius Naturæ rationem in se se complectatur. Propterea Maro, vt sæpe-sæpius à nobis est inculcatum, sexto Æneidos cecinit,

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat Molem, & magno se corpore miscet;
Jnde Hominum Pecudumque Genus, Vitæque Volantũ,
Et quæ Marmoreo fert monstra sub æquore Pontus.

Quippe omneis Mundi parteis, siue Artus, Gnatos magni Patris censuere vetustissimi sapienteis; Quod fusè testatur Hesiodus suâ in Theogoniâ; Sibi enim fingebant illo diuino Spiritu, vel minimulas Mundi particulas penitiùs animari. Hinc sagacissimus Commentator Seruius *hunc Spiritum Ætherium Vnum, Diuinum, siue Animum, siue Spiritum, vocitat.* Ideoque concludit, NVLLA PARS EST ELEMENTI SINE DEO: Et paullò inferiùs, IN OMNIBVS VIGET PARS DIVINITATIS. Quod ipse idem innuit Virgilius his versibus,

Omnes Mundi aspectabilis parteis Deos esse arbitrabantur, quippe participes magnæ Mundi Animæ, siue magni Patris seu Iouis.

—— —— DEVM *namque ire per omnes* 4. *Georg.*
Terrasque tractus que Maris Cælumque profundum
Hinc Pecudes, Armenta, Viros, Genus omne Ferarum.

Hunc item locum Honoratus sic explanat, *omnia*, inquit, *Animalia ex quatuor Elementis & diuino Spiritu constare manifestum est. Trahunt enim à Terra carnem, ab Aqua humorem, ab Aere Anhelitum, ab Igne Feruorem,* à DIVINO SPIRITV INGENIVM. Propterea que Deum ire per omneis Mundi parteis scitissimè, penes vetustissimam Epoptarum Sapientiam, Poëta Romanus sanciuit. Et appositè, si quidem vniuersus Mundus, siue Natura aspectabilis Iouem, seu Magnum Patrem, cuius quot parteis, tot celebantur Dij & Deæ, conferto & aggregato sui tenore representabat. Quare Martianus noster Capella,

nono de Nuptiis Philologiæ Libro, sic Iouem adloquitur,

Tu Rector superûm, tu Pater optimus,
Complexuque pio Sidera colligans,
NATOS, id est Mundi parteis, *perpetuo corpore viuidas, id est* Animas.

Adhæc Lucanus Ægyptiacam Sapientiam referens in Pharsalicis sic effatur.

——— *Superos quid quærimus vltra*, id est vltrà conspicuas Mundi parteis.
Iupiter est quodcumque vides, quocumque moueris.

Porrò, quoniam vis fœcunda totius Naturæ ab inuiso illo Spiritu, siue Ioue Ignotoue Patre proficiscatur, vtriusque planè Sexus rationem ac Δυνάμιν illi adfingebant. Recte igitur antiquus Mysta Orpheus.

Vid. Sacrum Orphei Sermonem.

Ζεὺς Ἀρσὴν γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο Νύμφη
Iupiter & Mas est, & Fæmina nescia mortis.

Quam item Doctrinam sectati fuere Pythagorici quùm Nunerum Quinarium MAREM & FOEMINAM vsurparint; Vt-pote, quod perfectam & suis omnibus numeris absolutam Naturam exprimere videretur. Profectò hunc eumdem Naturæ Spiritum siue Iouem miris his illustrat versibus Columella.

10 De agri-cultura.

Ratio Amoris quo cietur & quasi rapitur quod-libet Animal.

——— *Nunc sunt genitalia Semina Mundi,*
Nunc AMOR *ad Coitus properat. nunc* SPIRITVS ORBIS
BACCHATVR VENERI, & apprimè quia ipse est Bacchus, vti post-hàc probabitur;

——— *Stimulisque Cupidinis actus*

IPSE SVAS ADAMAT *& fœtibus implet.*
Scire-licet, vnus & idem Spiritus, quidquid in Mundo extat, agitando, magnam totius Mundi molem animat, diuersisque Stirpium & Animantum seminibus luxurians, varias, quas continet Mundus, formas producit, & perenni Generationum motu cõseruat. Heinc Ægyptiorum Sapientes, in fragmentis ab Apuleio Latinè versis, Mysticam hãc quam iam-iam inuestigamus, doctrinam sic clariùs interpretantur. *Omnium Rerum* PATER *&* DOMINVS, *qui vno nomine*, nempè τῷ ΤΗΣ *siue* BACCHVS, sicuti iam-iam sumus demonstraturi, *omnia Nomina continet.* Si quidem VNVS EST ET OMNIA, *vt sit necesse, aut omnia esse eius Nomina aut ipsum omnium Nominibus nuncupari.* Proindèque in omnibus Operibus Orphicis, præsertimque in Hymnis ab Pythagorico illo Onomacrito in lucem editis (Pythagorici enim fermè omnes, quod obseruatu sanè dignum est, teste Iamblico, & vt colligitur ex Laertio, Orphicam Theologiam fuere consectati,) ille ipse, de quo agitur, rerum Pater, siue vniuersus, penes antiquos Mystas, Spiritus πολυώνυμος laudabatur. Heinc ergo, ritè concludebant illi Ægyptiorum sacerdotes, SOLVS VT OMNIA VTRIVSQVE SEXVS FOECVNDITATE PLENISSIMVS *semper voluntatis suæ prægnans parit semper quicquid voluerit procreare.* Porrò EX EIVS DIVINITATE NATVRA, *vt sint, omnia sicut sunt & fuerunt, hæc est ergo ratio quare & quomodo fiant omnia* VTRIVSQVE SEXVS siue *Ani-*

malia siue *Inanimalia.* Heinc iterum iterumque concludunt, IMPOSSIBILE EST ALIQVID EORVM QVÆ SVNT INFOECVNDVM ESSE; Verum posthàc pressiùs, PROCREATIONE VTERQVE SEXVS PLENVS EST; Nempe Iupiter siue Spiritus Æthereus per vniuersum diffusus, *& eius vtriusque connexio, aut, quod verius est, Vnitas incomprehensibilis.* Quod quidem innuere videtur & ipse Aristoteles his verbis, *Gignuntur in Terrâ Humoreque Animantes & Plantæ. Quoniam Humor in Terrâ, Spiritus in Humore, Calor siue substantia Ignea animo prædita in Vniuerso inest,* ὡς τρόπον τινὰ πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη, *ita vt quodammodo Animæ plena sint omnia.* Verum-enim-vero, hanc Spiritus fœcunditatem, siue vtriusque sexus Vim Diuino illi Spiritui impertiri censebatur Ignotus & magnus ille Pater, cui VVLTVM PATERNVM assignat noster Capella. Vt-pote, vtriusque potissimùm Sexus rationem sibi vindicabat Ignotus ille Pater; Ab eo enim sui diffusiuum omne Bonum, Bonum inquā, cuiuslibet Δυνάμεως, ἐνεργείας, ἐντελεχείας, vtique potens ac compos. Ea-propter initio Pimādræ, sic docuere Ægyptiorum Theologi Θεὸς Ἀῤῥενόθηλυς ὢν Ζωὴ καὶ φῶς ὑπάρχων, *Mens* VTRIVSQVE SEXVS PARTICEPS *existens, vita & lumen habetur.* Nec est igitur, cur miremur veterum mentem circà πολυθεότητα Deorumque Ἀῤῥενοθηλίαν; Si quidem, Dij Deæque fermè omneis, aliquam Mundi partem hàc Vitâ & hoc Spiritu Animatum sibi sumebant; Eamque ob caussam plerisque in Hymnis Orphicis, *Ambisexum* Inuisum illum Spiritum inuocat Thracius noster

Lib. de Generat. animal.

Quæ sit ratio vniuersæ, quæ rebus conspicabilibus inest, fœcunditatis.

Quid sit Natura secundùm Orphicos?

noster Poëta; Imò in Hymno Naturæ, his effertur Encomiis.

Πάντων μὲν σὺ Πατήρ, Μάτηρ,

Omnium tu PATER, MATER.

Quid sit Natura secundùm Orphicos.

Quod planè congruit his quàm-simillimis Orphei versiculis, quos citat Clemens Alexandrinus; * vbi sanè loci, Natura, quæ tota illis erat Diuina, Μητροπάτωρ nuncupatur.

* *Stromath lib 5.*

Ἄφθιτε Μητροπάτωρ ὃ θυμῷ πάντα δονεῖται.

Jncorrupte PATER, MATER, *qui mente gubernas, omnia.*

Appositè igitur VERAM ILLAM FACIEM, quam priuus quilibet Deus imitatur, Mysticis suis precibus Magno Naturæ Patri attribuit Martianus. SALVE VERA DEVM FACIES, id est, *vtriusque Sexus personam* sustinens. Hinc vox DEVS tam Diis quàm Deabus assignabatur. Proindeque Virgilius *Descendo, ac Ducente* DEO, id est Venere. Quod quidem obseruauit Doctissimus Maurus in huncce locum, his verbis, *Dicunt* VTRIVSQVE SEXVS *participationem habere Numina.* Nam Caluus.

Æneid.

Iuxtà veteres Sapientes tàm Deos quam Deas vtriusque sexus participes esse, nec abs re; Nam sunt parteis Naturæ aspectabilis & varia variè sponteque producentis.

Pollentemque DEVM VENEREM.

Itemque Virgilius.

Nec dextra erranti DEVS *abfuit.*

Quùm aut Iuno fuerit, aut Alecto. Huc maximè spectat, quod refert idem Commentator de Venere. *Est, inquit, in Cypro Simulachrum* BARBATÆ *Veneris.* CORPORE ET VESTE MVLIEBRI, *cum Sceptro & Natura Virili, quod* Ἀφρόδιτον *vocant, cui Viri in veste Muliebri, & Mulieres in veste Virili sacrificant.* Parile autem

memorat Codinus Libello de Cóſtantinopoleos Simulachris, πλάττουσιν Ἀφροδίτην γένειον ἔχειν. ἔπι δὲ καὶ Ἄρρενος καὶ Θηλείας ὄργανα. Αὐτὴν γὰρ λέγουσιν ἔφορον γενέσεως τοῦ παντὸς, ἀπὸ τῆς ὀσφύος τὸ ἄνωθεν, λέγουσιν αὐτὴν Ἄρρενα, τὰ δὲ κάτω Θήλειαν, *Fingunt Venerem* BARBAM *habere, Deis* MARIS ET FÆMINÆ INSTRVMENTA; *Aiunt enim ipſam Præſidem eſſe omnis Generationis; ac lumbo quidem ſuperiore* MAREM *dicunt, infrà vero* FÆMINAM. Nempe, hæc eſt VERA DEORVM FACIES, quam Κυριοτάτως præſe fert, Magnus ΤΗΣ ſiue Sol ac Bacchus. Hic eſt VVLTVS PATERNVS, quem Ἀρρενόθηλυς Θεὸς Ζωὴ καὶ φῶς * *Ambiſexus Deus ſiue Vita & Splendor*, & vt ait Capella, *Mentis Fons*, *Lucis Origo* geſtat. Hic eſt Primigenitus *Ignoti Patris*, putà Sol, ab Orpheo Πρωτογόνος in Hymno vocitatus, cuius Δύναμις, ſiue vis vtriuſq; Sexus particeps, deprehéditur in magnis Naturæ Mutationibus. Namque, iuxtà Philoſophum, in Magnis Iouis ſiue Mundi Incrementis, Sol, ſeu ab eo diffuſum τὸ Θερμὸν, Maris & Fæminæ vices obit; Heinc Tritum illud Libri ſecundi Phyſicorum, ἄνθρωπος ἄνθρωπον ἐξ ὕλης γεννᾷ καὶ Ἥλιος. *Homo hominem generat ſicut* & SOL; & quinto de Hiſtoriâ Animalium * ἡ Ἀρχὴ φαίνεται γίνεσθαι τῆς γενέσεως ἢ ὑφ' Ἡλίου, ἢ ὑπὸ Πνεύματος, *Principium generationis, aut à* SOLE, *aut à* SPIRITV *cõparatur*. Hi porrò textus, penes Ariſtotelé, in ſenſu diuiſo, non autem coniunctо cenſentur; Quod quidem obſeruandum præter vulgarem Doctrinam perperàm & male-conſultam; Hanc ob Cauſſam Athenienſes, apud Iſocratem in Panathenaicis, vt & Romani INDIGENAS ſiue ABORI-

Quare Venus maſculo-Fæmina pingebatur

* Initio Pimandri penes Ægyptios Sapientis.

Enucleatur textus Ariſtotelis de Sole cuncta generante.

* Cap. 19.

GENES, ſic Αὐτόχθονας ſe ſe iactitabant. Quod ſimillimum deſignat Rex Euandrus apud Virgilium. * *Lib. VIII.*

Hæc nemora INDIGENÆ *Fauni, Nymphæque tenebãt,*
Genſque virûm Truncis & duro robore nata,
Queis neque mos, neque cultus erat, &c.

Inde etiam, Abammon Magiſter docet quatuor Δυνάμεις, ſiue virtutes in Elementis generationum munia ſubeuntibus, quæ quidem Maſculæ ſint pariter ac Fæmininæ, SOLEM moderatum iugiter fuiſſe. ἡγεμονία παρ' αὐτοῖς τὴν περὶ γένεσιν ὅλως στοιχείων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμεων τεττάρων μὲν Ἀῤῥενικῶν, τεττάρων δὲ Θηλυκῶν ἦν τινα ἀπονέμουσιν Ἡλίῳ. Porrò hæc vera Deorum & Dearum Facies ac vultus Paternus ab Orpheo celebratur nomine ΜΙΣΗΣ cum ſuffitu Styracis; In Cypro ſub ſpecie veneris cultus Deus Ambiſexus, vti ſuperiùs ex Mauro Seruio collegimus, nec-non in Phrygiâ, teſte Strabone, vnâ cum Matre Deorum non ſecus ac in Ægypto ſub formâ Atthidos; Quod pleniùs deſignat Orpheus in Hymno Miſes; De quo, conſule noſtras de Orpheoteleſtarum Initiis Elucubrationes.

Profectò, hunc Deum Miſen, ſiue vim Naturæ genitricem, vtriuſque Sexus Vultum & Perſonam ſuſtinentem, *veramque Faciem Deorum* geſtantem, quàm concinnè Διόνυσον *Dionyſium* vocat, longè antè Capellam, Orpheus; vocat quoque Πολυώνυμον *Multinominem.* Quare ritè Capella infit.

Sic vario cunctus te Nomine conuocat Orbis.

Vocat demùm ipſe idem Orpheus.

Ἄῤῥενα καὶ Θῆλυν, Διφυῆ, Λύσειον, Ἴακχον.

MAREM ET FÆMINAM, DVPLICIS NATVRÆ
Lyſium, Iacchum.

Nec præter rem; nam Bacchus, ſiue vis prolifica totius Naturæ vtrumque Sexum continet, ſiue Faciem veram omnium tam Deorum quàm Dearum præ ſe fert; Proindeque in Priapeis ita de Baccho ſiue Sole, ſeu vniuerſæ Naturæ Spiritu Ætherio.

Bacchus ſiue Sol ambifariusac vtriuſque ſexus particeps.

Notas habemus quiſque corporis Formas;
Phœbus comoſus: Hercules lacertoſus,

TRAHIT FIGVRAM VIRGINIS TENER BACCHVS. Cuius quidem Speciei rationem afferre videtur Malchus apud Euſebium * Διόνυσος δὲ Θηλύμορφος μὲν διὰ τὴν περὶ τὴν γένεσιν τῶν ἀκροδρύων Ἀρρενόθηλυν Δύναμιν, *Bacchus* MVLIEBRI SPECIE *pingitur, vt vim illam quæ Plantarum fructibus ineſt*, EX MASCVLA-FÆMINEAQVE *conflatam ſignificet.* Quin etiam Suidas Bacchum vocat *Semiuirum*, quod Virilia præſtet & Muliebria patiatur. Et eſt Hermaphroditus Ἀνδρόγυνος καὶ ὁ Διόνυσος. ὡς καὶ τὰ Ἀνδρὸς ποιῶν, καὶ τὰ γυναικῶν πάσχων καὶ Ἑρμαφρόδιτος. Quoniam autem, vtriuſque Sexus vis perfectam Naturæ Rationem importet, veteres diuinam Ἀρρενοθηλίαν arbitrabantur. Ideoque Hermaphroditos ſummo in honore habebant, quaſi *veram Deorum Faciem* Speciem & Formam ſuſtinuerint. Quocircà, meminímus penes Euſebium * Deum Hermaphroditum, iuxtà Græcorum nonnullos, apparere ſtatis temporibus Virili & Muliebri Sexu progenitum; Ἑρμαφρόδιτον δὲ φασὶ τὸν Θεὸν κατά τινας χρόνους φαίνεσθαι παρ' Ἀντεχόποις· καὶ γεννᾶσθαι, τὴν τοῦ σώματος φύσιν ἔχοντα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Ha-

* Præparat. Euang. l. 3 cap. 11.

Quâ de cauſâ Hermaphroditos venerabatur priſca gens hominum

* Lib. 1. præparat. Euang.

Antiquitus colebantur Hermaphroditi.

ctenus Eusebius. Videlicet prisci illi Sapienteis Hermaphroditos venerabantur quasi fuerint πλμμεοῦτης τῆ φύσεως ἀγάλματα *vltro se se explicantis Naturæ Effigies;* Hanc ipsam ferme ob Rationem Platonis Androgyne scitè conficta est; vt-porè clariùs & expressiùs recèns à Deo Natura exorta perciperetur. Simili quoque modo, hunc Beresith siue Geneseos sacrum textum MASCVLVM ET FÆMINAM CREAVIT EOS, Secretiores, quos citat Rabbi Manasses ben Israel in suo Conciliatore, Cabalistas fuisse interpretos palàm est. Istam porrò, quam explanamus, Naturam expressit variis Nominibus noster Capella; Etenim per Lyæum, siue Adonida, siue Atthida &c. Naturam vtriusque Sexus vires continentem vtique demonstrabat; Adonis enim, quia idem penitus Numen quàm Bacchus Κούρη καὶ κόρος *Puella & Iuuenculus* ab Orphicis in Hymnis inuocatur. Imo vero Adonis Δίκερως *Bicornis* dicitur, quia idem qui Bacchus: necnon apud Ægyptios Osiris dictus; vnde, iuxtà Stephanum Bizantium*, *Adonis siue Osiris in principe Cypri Ciuitate Amathonte, Veneri sacra colebatur; Hunc verò, quia Ægyptium, tam Cyprij quàm Phœnices, vti Numen sibi peculiare, vendicabant.* Confirmatur autem hæc eadem opinio ab Plutarcho in Symposiacis,* τὸν δ' Ἄδωνιν, οὐχ ἕτερον, ἀλλὰ Διόνυσον εἶναι νομίζουσι, *Adonis idem esse quàm Bacchus creditur.* Heinc penes Scholiasten Theocriti Syracusij, ex maturâ Stirpium Messe nascitur Semen Plantarum & Arborum: siue, arcano more loquendo, ex Venere &

Explicatur Plato de Androgynes Mysterio.

* Vulgò & infelicè DE VRBIBVS, vocitatus.

* Lib. 4.

Adonis idẽ qui Bacchus.

Baccho seu Adonide nascitur PRIAPVS; id est, PROIICIENDVM SEMEN, siue Solis vis insita Seminibus, πρίηπος παρὰ τὸ προϊέναι τὸ σπέρμα AB SEMINE PROFVNDENDO. Porrò vis Solis fæcunda viuidaque, quam *occultum Ignem* vocitat Maro, vtriusque Sexus Rationem vtrique sortita, non Animantibus insidet modò, sed & Stirpibus; Quod quidem innuit Aristoteles secundo de Generatione Animalium Libro. * ἐν τοῖς φυτοῖς οὐ κεχώρισται τὸ θῆλυ, τοῦ Ἀῤῥενος; ἐν δὲ τοῖς ζώοις ἐν οἷς κεχώρισται προσδεῖται τὸ θήλεος τὸ Ἄῤῥεν. *In Stirpium genere nullo Sexus discrimine Mas distinguintur à Fæminâ, in Animalibus, quamquam non in omnibus, distinguitur.* Proindeque pergit *Mas & Famina* Συνουσίαν *appetunt:* appetunt, inquam, quasi Naturæ Perfectioné Absolutionemque. Hanc in Plantis vtriusq; Sexus coniunctioné, siue Συνουσίαν vocat Theophrastus * TOTAM NATVRAM ἡ μετ᾽ οὐσιῶν Συνουσία, καὶ ἡ ὅλη φύσις ἐν τούτοις, *vtriusque Sexus Coitus,* vel potius *consubstantia siue* TOTA NATVRA STIRPIBVS INEST. Iccirco Stagirita Philosophus, laudato à nobis superiùs de Generatione Animalium Libro, * Apes, tanquam sint, iuxtà Orphicos, diuinæ Mises, siue Bacchi Symbolum, vtriusque Sexus participes docet: atque ideò Diuinitatis aliquid sibi sumere; ἔχει δὲ, inquit, τὸ πλεῖστον καὶ τὸ θεῖον τὸ γένος τῶν Μελιττῶν, *genus Apum aliquid eximium, necnon* DIVINITATIS PARTICEPS *sibi asciscit.* Igitur ex his maximè patet arcanâ quâ Ratione, quibusue Mysticis atq; abditis Sensibus, Naturæ Diuinitatem sibi statuerint vetustissimi rerum Contem-

* *Cap. 4.*

Tota Natura siue Naturæ perfectio & consummatio iuxta veteres, in vtriusque Sexus coniunctione constat.

* *Libro de Plantis.*

Stirpes, vt & Anima Mundi, sunt in perpetuo vtriusque Sexus coitu;

* *Cap. 2. l. 3.*

platores. Heinc, penes hos, PSYCHE siue communis illa Mundi Anima, adeò vt Animanteis Perfectionem Naturæ adipiscantur, interiore Oestro percitas commouet & quasi rapit in venerem. Heinc CVPIDO Animalium, insitâ Συνουσίᾳ vtriusque Sexus, suam illam *Psychem*, siue communem rerum Animam, & vt, apud Madaurensem Magum, Μυστικωτάτως loquitur Hermes, *incomprehensibilem Naturæ* VNITATEM, atque vt alibi idem loquitur, *vtriusque Naturæ Diuinitatem, àc ex commistione Sexus, blandum & necessarium Mysterium* possidere connititur. Vel potius, tanquam à se ipsâ Generationum vicibus fuerit diuisa illa Psyche, siue Anima Mundi, se ipsam vltrò cupiens, proptereáque Nomen CVPIDINIS adepta, se ipsam, vt ita dicam, quasi quæritat sui nescia, quæsitamque tandem ipsam se se Συνουσίας munere vltrò amplexatur. Ideóque Maro.

——— *An sua cuique Deus fit dira Cupido?*

Scilicet, vt monet Apuleius, * *Animi Cupido Dæmon est interior, & occultus & inuisus Genius.* Quod itidem miris & perpendendis his versibus demonstrat Fracastorius. *

* *Libro de Deo Socratis.*

* *Libro de Animâ.*

PSYCHE ET CVPIDO

Siue Anima Mundi, àc Spiritus Æthereus ab Sole infusus per orbem.

Siue innata cuique Animali vis ad Coitum, & ad sibi congrua.

Huc ades ô dilecte; ades ô dilecte Cupido!
Formosum tua te Psyche formosa requirit,

Et poscit te Dia Deum, Puerumque Puella;
O tibi tam similis si te peramatque cupitque,
Nonne & amabis Amor illam, cupiesque Cupido?
EST EADEM NOBIS PATRIA: eſt CÆLESTIS ORIGO
AB IOVE: NOS TERRIS PARITER, NOS ÆTHERE IN ALTO,
VERSAMVR PARITER, CONIVNCTAQVE MVNERA OBIMVS.
Ipsa Bonum Pulchrumque modis in pectora miris
Insinuo, tu CORDA SERIS, *tu* SVGGERIS IGNES,
ACCENDISQVE ARDORE NOVO, GENVS VNDE ANIMANTVM
CONCIPITVR, CRESCITQVE ET SVA CONNVBIA IVNGIT.

Mira Amoris Caussa ac ratio Mysticis his metris exponitur. Vtpo è ab A[illegible] â Mūdi per parteis Naturæ conspicuæ infusa quasi se ipsam quæritans ac tandem quæsitam perficiens officio ac munere τῆς Συνουσίας siue Coitus venerei.

Et paullò infrà,

Hic ego te latas terras atque alta volatu
Nubila tranantem fingo, & Maria vda secantem:
Cuncta tibi imperio subdentem, hominesque ferasque,
Et pictas volucres, &, quæ nant æquore, monstra.
Diis quoque nec parcis. CVRRV REX IVPITER AVREO, id eſt Sol
Inuehitur, cinctus humeros & brachia ferro.
Quos inter tua Pſyche *etiam religata cathenis*
It mærens, sequiturque tuos Captiua triumphos.

Fusiora & clariora de Pſyche, siue Animâ Mūdi & Cupidine siue interno & occulto Animalium motu seu instinctu ad venerea & cætera sibi congrua, legere vacat vegrandi illâ Meta-

Quùm enim ab Sole ſeu Spiritu Æthério ac Baccho, dimanet Amor omnis, omnis Pſyches ſeu Animæ vniuerſæ fæcunditas ab eò Baccho, ſiue Sole diffuſa vbique locorū luxuriatur. Heinc magnus Crater, in quo omneis Animāteis & Stirpes vitam cum Spiritu hauriunt.

hauriunt. Vt pote hic est, sicuti Martianus ait, FLOS seu FONS IGNIS, LVCIS ÆTHEREÆ ARCANIS FLVORIBVS MANANS; Et quia impunè & intemeratè quocúnq; faceßit, ab eodem Martiano FONTANA VIRGO, ille ipse Spiritus in totam Naturam dominatus vocitatur. Heinc demùm is, qui maximè potens est, cōmunis illius Bacchi, siue Mundi Spiritus Furor, in Animantibus, cùm feruet calor oßibus, & viget internus, abditus, ac tantopere celebratus ΤΗΣ; Nempe solâ dumtaxat Συνουσία ad perfectam vtriusque Sexus vnitatem consequendum. Eapropter, in Hymno Bacchi Triennalis, Μανικὲ Βακχεῦ ab Orphicis Mystis inuocatur. Hanc porrò Bacchi, siue Animæ vniuersæ, Μανίαν, ac Furorem venereum pangit Poëta in Pastoralibus. *

morphosi quàm de Asino aureo Poëticâ prosâ lusit Apuleius & commentus est.

* Lib. 3.

Omne adeò genus in terris Hominumque, Ferarumque,
Et genus Æquoreum, Pecudes pictæque Volucres,
In FVRIAS, *Ignemque ruunt*, AMOR OMNIBVS IDEM.

Et illud quoque,

——— *Amor omnia vincit.*

Quibus quadrat illud item quarti Æneidos,

Improbe AMOR! *quid non Mortalia pectora cogis?*

Expreßius tandem, & adhocce nostrum Intentum aptius illustriusque Columellæ Effatum, quod quidem iuuat iterum repetere, nimirùm vt res, quæ sit ardua admodùm, etsi trita, de quâ iam disserimus, altiori mente reponatur. *

* x. De Agricultura.

——— *Nunc sunt genitalia* SEMINA MVNDI,
Nunc AMOR AD COITVS PROPERAT, *nunc*
SPIRITVS ORBIS

BACCHATVR VENERI, quippè Μανικῶς, furiosè, *stimulisque Cupidinis actus*,

IPSE SVAS ADAMAT PARTEIS, *& Fœtibus implet.*

* Quod fusiori ad Solem oratione confirmat Iulianus Imperator.

His ergò fusè explicitis, meritò sanè, & quàm appositè Bacchus, seu Adonis, seu Osiris, seu Atthis &c. ac vno verbo Magnus, de quo hic agitur, ΥΗΣ, id est, vis vniuersa, è Sole per Mundum diffusa,* quæ labentem Cælo, arcanis fluoribus, ducit Annum, siue Annuos prouentus comparat, tam Stirpibus quàm Animantibus prolificam vim vtriusque Sexus impertita, VERA DEVM FACIES VVLTVSQVE PATERNVS concelebratur. Vis igitur fæcundans totius Mundi artus, non solùm à nostro Martiano Bacchus dicitur, sed etiam à laudatissimis Virgilio Horatioque Poëtis. Quare in Georgicis ille Solem *Liberum* nominat,

Sol vocatur Bacchus & trilitteto sacro & Nomine ΥΗΣ hìc inuocatur.

——— *Vos ò clarissima Mundi*
Lumina, labentem Cælo quæ ducitis Annum,
LIBER *& alma Ceres.*

Hic vero in Lyricis, Ode XIX. sic Canit Apollinem siue Solem, incedere ipsum Bacchum,

BACCHVM *in remotis Carmina rupibus,*
Vidi docentem, (credite Posteri)
Nymphasque discentes.

Quin etiam, iuxtà Macrobium, Sol, siue Bacchus rectè nominatur MENTIS FONS, quoniàm, inquit, Sol vsurpatur Dionysius *quasi* Διὸς Νοῦς, *Iouis Mens.* Heinc Nomen Trilitterum ΥΗΣ, id est *Bacchus siue* SOL, seu *seu Spiritus & Anima Mundi.* Quapropter,

ritè in has erumpit voces,

Salue VERA DEVM FACIES, *vultusque paterne.*

Quia Bacchus, siue Τῆς est vtriusque Sexus, Deus Ἀῤῥενοθήλυς: est Mas & Fæmina, sicuti succinit in Sacro suo Sermone Mysta Thracius.* Quam item Veterum doctrinam confirmat Trisinegistus in Asclepio, *Deus*, inquit, *qui est vnus & omnis est* VTRIVSQVE SEXVS FÆCVNDITATE PLENISSIMVS, ille porrò Sol Deus est ipse, quē vltro laudat Iulianus Imperator vegrandi ad eum Oratione, quinque apud Orpheū in Initiis celebratur Μίσυν ἄῤῥητον *diuina Mise*; Ideoq; *vera Deûm Facies vultusq; Paternus*, Sol, propter vtriusque Sexus Vim & Speciem, quâ fruitur, omnia producens Patris nomen sibi adrogat. Quàm scitissime ergò Martianus noster de Baccho, siue Priapo, siue Adonide, siue Serapide, siue Osiride &c seu Sole, Spiritu ac Animâ Mundi agens, nomen ΤΗΣ tribus litteris cōstans, quasi Ἄῤῥητον *ineffabile*, periphrasi, seu potius Gripho haud abusus, tacere arcano ritu videtur. Sic igitur Mysticas ad Solem preces absoluit.

* De quo mentionem fecit Snidus in voce Ὀρφεύς.

Salue vera Deûm Facies, vultusque Paterne,
OCTO ET SEXCENTIS NVMERIS, CVI LITTERA TRINA
Conformat SACRVM NOMEN, COGNOMEN, ET OMEN.
Da Pater, &c.

Notandus Hic Criphus, explicatur & declaratur quod & quale sit nomen Sacrum nempe ΤΗΣ.

Videre-licet, vox ΤΗΣ est illud Ἄῤῥητον *ineffabile & Sacrum Nomen, cui trina Littera octo & sexcentis numeris, conformat Cognomen & Omen*, vti posthàc clarissimè sumus demonstraturi. Scias interim,

Illvstrissime Balzaci, circa hunc Griphum, & huiusce, penes veteres Mystas, Sacri Nominis Inuestigationem, testibus nobis, nobisque olim suffraganti multiscio Gerardo Ioanne Vossio, falsos grauiter cum Sirmondo Petauium & cum Grotio Salmasium. Scias etiam, hoc in Mysticarum rerum rudi & insolito negotio, profiteri dumtaxat me vetustissimarum, quæ priscam Gentem mirum in modum afficiebant, Reliquiarum Interpolatorem. Pergamus igitur. Certissimè Nomen ΥΗΣ, quod cuique subiicitur, *τριγράμματον trilitterum*, accepere antiqui Sapienteis, à Nomine Μιξοβαρβάρου τοῦ ΙΑΩ: cuius meminere Epiphanius, Tertullianus, Diodorus Siculus, Macrobius, & ex neotericis, Salmasius & Kircherius * libro de Institutione Hieroglyphicorum. Siquidem Ἰάω idem planè quàm Σαβάω: heinc Ἰόβακχος Dionysius dictus; vel Iacchvs ex Iach Hebræo vno ex Dei Nominibus; Vel si manis. Ἰάω, vox Sacra Deum exprimens, quæ & Linguâ Phænicum pronuntiatur Ieuo Ἰευὼ, vt refert Eusebius. * Quippe, quantum possumus præsumere, ex verbo יהוה *Iehouah*, mutando vau & beth, vt obseruat Amicus noster Vossius, quodque satis familiare apud veteres, probauimus: vti Varro Βάῤῥων, & Virgilius Βιργίλιος; Inde prisci in Sacris, τὸ Iobacchvs protulere pro τοῦ Iaovacchvs; vel potius, Iuxtà Hesychium, Ὕεὺς Hyevs, vnde Ὕης Hyes: siue *Bacchus*, *Sol*, *Mundi Animus*, sicuti ab τοῦ Ζεὺς *Zeus* * apud Græcos, finxere τὸ Devs primi Latinorum: Quin etiam Evivs, id est Bacchus, quasi εὖ

* Libro de Annis Climactericis. Libro 2. de Hieroglyphycis.

* Libro 1. Euangelica præparat.

* Quod obseruauit Doctissimus noster Menagius libro de Originibus Linguæ Gallicæ.

ΥΗΣ BONVS HYES, quem *Euoe* Εὐοῖ alias ΕΥΤΗ, *bone Hye*, dictabant rauco clamore, voceque reboanti, quasi abutebantur Bacchanteis mulieres in Sacris Bacchi Cerimoniis, EVOE, pro *Euhye*, confusis nec articulatis vocibus sonantes. Heinc Euripides in Bacchis βαρυβρέμων ὑπὸ τυμπάνων Εὐία τὸν Εὔιον ἀγαλλόμεναι Θεόν, *grauisonis sub Timpanis Euium Euium cantibus hilaris clamantes* DEVM, id est, ΥΗΝ siue BACCHVM. Heinc item Horatius,

> *Euoe, Mens trepidat metu*
> *Plenoque Bacchi pectore turbidum*
> *Lætatur. Euoe liber*
> *Parce &c.*

Libro 2. Od. 19.

Vel etiam ab יה *Iah* deriuatur Ἰάω, qui in Autumno vocatur BACCHVS, siue Ἰάω, & geminato nomine per contractionem IOBACCHVS pro τοῦ Iaouacchus. Namque, sicuti obseruat doctissimus Strabo, Ἀθηναῖοι δ' ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τοὺς Θεούς, *Athenienses, vt & cæteri Græci, quemadmodum aliàs morem suum* PEREGRINA ADDISCENDI, *ita etiam* QVOD AD DEOS PERTINET, *tenuerunt.* MVLTI ENIM SACRA PEREGRINA RECEPERVNT: πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο. Heinc penes Orphica Initia & Ritus Orpheotelestarũ, SABAZIVS, TYPHON, Ἰάω siue IOBACCHVS. Etenim varia promiscuè Nomina Deorũ in Mystagogiâ Græcorum reperiuntur μιξοβάρβαρα, qualia Titan, & λελιούρη vltimo τῆς Σελήνης *Lunæ* Hymni versiculo, pro ἐς λοχοῦσ-ας. Quare corrigenda vulgaris Orphei editio tàm Aldina, quàm Stephanina. Verùm, vt docet Ioannes

Corrigenda vulgaris editio Orphicorum operum.

Auratus celeberrimus olim in Academiâ Parisiensi Professor Regius, suis in Hesiodi Theogoniam Commentariis quos Autographos habemus; Ad vocem Τιτῆνες *Titanes*, sic ait, *Poëtæ suum* TITANA *à Nomine Hebræo* SATHAN *sibi finxerunt Ita Sibyllæ suis in versibus multa Hebraica interseruerunt à Græcis parùm intellecta, posthàc deprauata, quare pro τοῦ Sathan τὸ* TITAN *effutiere. Sic vetustissimus Orpheus Hebraica, Syriaca, Chaldaica, etiamque Magica permiscuit;* Et apprimè vir Doctissimus; Namque Nomen τὸ Ἄῤῥητον ΤΗΣ à voce ΙΑΩ, apud Barbaros Sacrâ & ineffabili, vndè circumlocutio nostri Capellæ, vt vocem hanc Μυστικῶς exprimeret, deducitur. Scilicet, iuxtà Dores, quorum tritam Dialectum loquebatur Orpheus, (sicuti Græcorum cæteri Mystæ ac Poëtæ vetustiores; quod notat Iamblichus, vbi de Orpheo in vitâ Pythagoræ,) mutando Η in Α, & Ἱερογλυφικῶς flectendo Σ, vel alio Schemate, vti scripsere veteres Græci, ϲ, in situm Ω.

Orpheus suâ in Mystagogiâ & Græcorum Religione instituendâ, voces Barbaras corrogauit.

Cocircà scitu dignum maximè est, hos sillos suis in arcanis Initiis, vt plus Mysterij &, vt ita dicam, Religionis continerent voces Sacræ, Veteres Gentium Theologos, vel Traiectione, vel Reiectione, vel Adiectione, vel vniuersâ Dispositione & Situ litterarum gauisos plerúmque fuisse. Nec vulgata identidem retinuere vocabula: quare Ἥρα *Iuno*, per μετάθεσιν *Transpositionem* Litterarum, est Ἀὴρ *Aer*; * *Iuno* autem apud veteres & *Aer*, idem planè. Sic igitur Ὕης pro ΙΑΩ: vertendo Υ, in Ι & Α in Η Doricè: dein flectendo Schema τοῦ Ω in idem ϲ, quæ-

* *Vid. Platonem in Cratylo.*

quidem eadem penitus Littera antiquitùs ità pingebatur. Propereàque ex ΙΑΩ fecere Τ'ΗΣ SACRVM NOMEN, & prorsùs ritu priscorum Α'ῤῥητον; Proindeque in Hymnis, Dionysius ab Orpheotelestis inuocatur Ε'ὐιε, *Euie* pro Euhye: reiectione dein Aspirationis & Mutatione υ in ι, τὸ εὔιος pro ὁ ὕιος confictum est. Nec citrà rationem, prisci Sapienteis hæc & parilia præstitere; Siquidem gaudet Vulgus rebus & verbis minimè perceptis & intellectis,

Omnia enim stolidi admirantur, amantque
Inuersis quæ sub verbis, latitantia cernunt,
Veraque constituunt, quæ bellè tangere possunt
Aureis, & lepido quæ sunt fucata sonore.

Lucretius, lib. de rerũ Natu á

Hoc ritè exsequutus Orpheus suâ in Mystagogiâ, Barbaras & peregrinas voces, vt obseruat Strabo, de industriâ corrogauit. Quare in Hymnis Onomacriticis τὸ Α'ῤῥητον adeò frequens, fortasse-an τὸ ΤΗΣ, nempe iuxtà Ægyptios & Hebræos Ιαω seu *Iehoua-hc* τὸ vere Α'ῤῥητον *ineffabile* Nomen, quodcuique pronuntiare nefas foret. Porrò Mystica Nomina Ægyptia ferè seruauit omnia Thracius Sacerdos. Heinc Madaurensis Magus in Apologiâ, NOMINA MAGICA *Ægyptio & Babylonico ritu percensere.* Heinc quoque illud Luciani Αἰγυπτιάζειν τῇ φωνῇ. Profectò hanc peregrinarum & Barbararum vocum mutationem, seu potius deprauationem innuit & ipse noster Martianus hisce verbis, *veterumque ritu vocabula quædam voce Mentis inclamans, secundùm dissonas Nationes*, corrig. *mutationes*, NVMERIS *varia*, SONO IGNOTA, IVGATIS ALTERNATISQVE LITTE-

Circà Ritus religiosos quæ sit vis vocum Barbararum & dissonarũ

RIS INSPIRATA, *veneraturque verbis Mundi præsules Deos &c.* Huc spectant, & veterum ritum planè illustrant ea ipsa, quæ monet Iamblichus, quùm docuerit Barbaras potissimùm voces Hebræas esse, aut saltem Ægyptiacas atque Phœnicæas; Quod etiam simillimum præstitit Amelius Plotini Discipulus; ità enim inquit, in Phœnicum Theologiâ, vbi profitetur verba vtcúmq; mutata eamdem vim seruare minimè posse. οὐδὲ γὰρ πάντως τὴν αὐτὴν διασώζει διανοίαν μεθερμηνευόμενα τὰ ὀνόματα, ἀλλ᾽ ἔστι τινὰ καθ᾽ ἕκαστον ἔθνος ἰδιώματα ἀδύνατα εἰς ἄλλο ἔθνος διὰ φωνῆς σημαίνεσθαι, ἔπειτα κἂν εἰ οἷόν τε αὐτὰ μεθερμηνεύειν, ἀλλὰ τήν γε δύναμιν οὐκ ἔτι φυλάττει τὴν αὐτήν. ἔχει δὲ καὶ τὰ βάρβαρα ὀνόματα πολλὴν μὲν ἔμφασιν, πολλὴν δὲ συντομίαν, ἀμφιβολίας τε, ἐλάττονος μετέχηκε καὶ ποικιλίας, καὶ τοῦ πλήθους τῶν λέξεων. *Neque verò eumdem penitus sensum sibi sumunt Nomina in aliam Linguam versa; Sunt enim propriæ cui Genti Vocum vires & affectiones, quæ alterius nationis vocibus enuntiari nequeunt. dein, etsi transferantur, curâ quantâ potest maximâ, non tamen eandem vim sibi tuentur.* BARBARÆ *namque* VOCES PECVLIAREM HABENT VIRTVTEM, MAIOREM ORNATVM, *ac Breuitatis, Obscuritatis, Variationis, Æquiuocationis minimè participes existunt.*

Profectò hæc est sola ratio Sacri & ineffabilis Nominis Baccho siue Soli attributi, nempe τοῦ ΤΗΣ. Cætera autem, quæ recensuit Martianus, Nomina minimè sunt Ἄῤῥητα, quia Afficta ac veluti Prophana. Qualia etiam Persis Mithras, & Cabalistis MITTATRON, *Princeps facierum*, siue *Dei virtus omnia conser-*

conseruantu. Atque etiam hæc omnia sunt à Nonno in Dionysiacis memorata.

Βῆλος ἐῤφρήταο, Λίβυς κεκλημμένος Ἄμμων
Ἆπις ἔφυς Νειλῷος, Ἄραψ Κρόνος, Ἀσύειος Ζεὺς,
Εἴτε Σεράπις ἔφυς Αἰγύπτιος, αἰνεφάλες ζῶς,
Εἰ Κρόνος, εἰ Φαέθων πολυώνυμος, εἰ τὸ συμμύθος.

Quod vltrò confirmant Iulianus Imperator ve-grandi suâ ad Solem Oratione, nec-non cum Iamblicho Macrobius. Etenim Nomen ΥΗΣ Hyes, siue *Bacchus* octo & sexcentos Numeros signat. Siquidem Litteræ Υ. 400.] Η 8.] Σ. 200.] secundùm notas Græcorum Arithmeticas, Additione factâ, componunt Numeros IↃCVIII. Sicut & ΝΕΙΛΟΣ, penes Strab. &c. Namque quùm, Ν. 50.] Ε. 5.] Ι. 10.] Λ. 30.] Ο. 70.] Σ. 200.] apud Græcos valeant, vox ΝΕΙΛΟΣ notat CCCLXV. Porrò Nomen τὸ ΥΗΣ *Hyes*, non solùm Numeros 608. exprimit, verùm-etiam est Τειγράμματον *Trilitterum*, & reliquas fermè omneis, quas obseruat Capella, προσθέσεις sibi sumit & vendicat, (Circà hæc consulas Numer. Platonic. Interpr.)

EN TRIGRAMMATON OCTO ET SEXCENTOS NVMEROS SIGNANS,

quo de hìc quæstio, & SACRVM NOMEN, COGNOMEN, ET OMEN Solis, siue Bacchi, seu Spiritus Ætherei, àc vniuersæ Mundi Animæ, putà Iouis (hæ etenim voces vnum & idem Numen sonant) secundùm arcana Ritus veteris rudera, nostro ab Capella,

ſub Myſticarum ad Solem precum Colophone, Αἰνιγματικῶς propoſitum, iàm verò, quod cuique patet, ſolutum apprimè, plurimâque tandem cùm Ratione tùm Authoritate confirmatum, fuffultum, enucleatum.

400. 8. 200.

Υ Η Σ HYES.

Υ῞ΗΣ ſanè IↃCVIII. Numeros facit, Additione Arithmeticâ, eoſque ex Græco Calculo Myſticè, ſicuti exploratum habemus, denotat. Perperàm autem noſter Grotius, vt ipſemet mihi, quùm Lutetiæ commoraretur, lubenter conceſſit, τὸ ΗΥΣ, *Bonus*, coniectârat: Frigidè nimis & citrà Salem, hoc Epithetum primo Naturæ Principio, vti quibuſlibet vel Rudioribus, ſit palam, affinxiſſe plane videtur. Et, vt maiorem habeat auctoritatem noſtrum hocce, circà iſtius Griphi enucleationem, Intentum, audiamus Demonſthenem, * Oratione pro Cteſiphonte περὶ στεφάνου, ſiue *de Coronâ* his verbis, Ὕης Ἄττης, Ἄττης Ὕης, in Choreis quæ in honorem Bacchi celebrabantur, pro ſolito Ritu clamitabant. Heinc noſter Capella ſuperiùs cecinerat, *Attis pulcher item, curui & puer &c.* Siquidem vocem Ὕης *Hyes*, eamdem planè quàm Ἄττης *Attis* enuntiat. Quin etiam, veluti cecinit Euphorion, Ὕης *Hyes* dictus eſt Bacchus, Lyæus, Dionyſius,

* *Quod obſeruauit Strabo l. x.*

Ὑὴ ζαυεςκέςοπι Διωνύτῳ κοπέσασα,

HYÆ *cornuto Dionysio irata.*

Icciircò, optimè Suidas in voce Ὕης *Hyes*, Ἀεισο-ανίης ἢ συγκαταλέγει ξενοῖς Θεοῖς τὸν Ὕην, *Aristophanes autem* HYEN ..... *peregrinos Deos recenset*; Ideóque SACRVM NOMEN secundùm arcanos Orphicorum vetustissimorumque Mystarum Ritus, àc è Cortinâ vel Tripode ductas Cerimonias. Quapropter, verâ ac genuinâ Mysteriorum ratione, τοῦ Ὕης *Littera Trina conformat* SACRVM NOMEN, siue τὸ ΥΗΣ HYES, Bacchus seu Spiritus Mundi *Bacchatus Veneri*, vt ait Columella; Proindeq; Vlpiano BACCHARI id est, vniuersa Mundi Mente quasi adimpleri; nam communi hoc Numine afflari, seu βακχεύεσθαι, idem est quàm ἐνθεάζειν. Quare ab Capella, initio Mysticarum precum, laudatur *Bacchus*, MENTIS FONS. Heinc Ἀῤῥητον Nomen Ὕης Mixobarbarum, & proprium Baccho.

Quod ΥΗΣ. sit verum & genuinū ac SACRVM NOMEN quod conformat *Littera Trina*, notans octo & sexcentos Numeros, penes Martianum Capellam.

Verùm-enim-verò, quoniam Ὕης *Hyes*, siue Bacchus, vocatus est Osiris, sicuti refert Plutarchus libro de Iside & Osiride, vt potè, quatenus humidæ & genitalis Naturæ Præses, Vis & Potestas ὡς κύριος τῆς ὑγρᾶς φύσεως, *Osiris siue Sol, Ὕης dicitur; Quare Capella, MEMPHIS VENERATVR OSIRIM: ideóque in eadem penitus voce ipsius τοῦ Ὕης, COGNOMEN τοῦ Ὕης dignoscitur. Siquidem teste Hesychio vox, Ὕης id est, Ζεὺς ὄμβριος siue *Iupiter Imbricitor*: vt pote Bacchus *humidæ Naturæ Dominus* κύριος τῆς ὑγρᾶς φύσεως, iuxtà Sapienteis Ægyptiorum. Iupiter autem & Sol & Serapis siue Sarapis, & Pluto vnum & idem Numen est, teste ipso Apol-

*Plutarch. lib. de Isid. Osirid.

Ὕης est COGNOMEN Bacchi iuxta Mentem Capellæ.

line, hoc Oraculo, seu potius Orphei versiculo.

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, ἐστι Σάραπις.

Vnus Iupiter, vnus Pluto; vnus Sol est Serapis.

Eapropter noster Poëta Carthaginiensis ritè exclamat Mysticis suis precibus,

Te Serapim Nilus, &c.

Hanc prorsùs πολυωνυμίας Solaris, siue Bacchicæ, seu Hyadeæ Veritatem fulcit Iulianus Transfuga hocce textu. Χαριδότης ἐστιν ὁ Διόνυσος εἰς ταυτὸν λεγόμενος ἡλίῳ συμβασιλεύειν. τί οὖν ἔτι σοι τὸ Ὥρον λέγω, καὶ τὰ ἄλλα ὀνόματα, τὰ πάντα ἡλίῳ προσήκοντα, *Bacchus verò gratificus est, qui cùm Sole commune regnum obtinere dicitur. Quid hîc Horum commemorem, aliaue Deorum Nomina, quæ in Solem vniuersa conueniunt?* Hactenus Iulianus Imperator suâ ad Solem Oratione. Apprimè igitur Catullus,

—— Iouis *educat* Imber.

Nec-non Maro in Bucolcis, * [* Ecloga VIII.]

Plurimus & cælo descendet IVPITER Imbri.

Tibullus quoque,

——— *Et* PLVVIO *supplicat Herba* IOVI.

De isthoc Ioue Pluuio consulendus Author libri de Mundo, aut Apuleius eius Interpres. Namque Ὕης siue Bacchus, est vis & Spiritus, siue τὸ ὅλον, vt ait Aristoteles, περιέχων τὸ Θεῖον, à quo omnis Fœcunditas & Copia omnis siue vini, siue segetum, & alius cuiusuis Stirpis. Quò spectat illud Virgilii. [Virgil. in Georg.]

Tum PATER *omnipotens* FÆCVNDIS IMBRIBVS ÆTHER

MAGNVS *alit* MAGNO *commistus* CORPORE *Fœtus.*

Putà *Gnatos*, vt canit Capella, * *perpetuo corpore vini-* [* x De nuptiis Philologia.]

dans. Etenim Duplex est, ÆTHER, iuxtà Pythagoricos, teste Laertio, * CALIDVS & FRIGIDVS, si quidem ex vtroque Vita omnis & omnis Generatio. Pythagorici autem, vt & Orphicam, quam memorauit Plato, Vitæ rationem, sic & doctrinam planè sectati sunt. Siquidem apud Orphicos duplex IVPITER, siue *Æther*, CALIDVS vnus & alter FRIGIDVS. Quod rursùm Dogma apprimè illustrauimus nostrâ in Epicuream Philosophiam Dissertatione. Cui porrò suffragari vtique videtur Hippocrates sub Initium libri περὶ Ἀρχῶν *de principiis.* Namque ex IGNE & AQVA cum Stirpibus progenitas Animanteis docere contendit. Iccircò apud Poëtas cùm Græcos tùm Latinos, aliàs *Iupiter* dicitur *Calidus*, aliàs *Frigidus*, aliàs *Humidus.* Heinc Poëta *sub Ioue Frigido.* Iterùm Horatius. *

* *In vitâ Pythagoræ.*

* *Ode 1. Lib. 1.*

———— Positas vt glaciet Niues
Puro Numine IVPITER.

Idemque etiam Epodωn libro,

Ode 13. Epod. Lib. 1.

Horrida tempestas Cœlum contraxit, & Imbres
Niuesque deducunt Iouem.

Et Virgilius Calidum Iouem cecinit in Georgicis,

Virgil. Georg.

Ipse PATER *mediâ nimborum in nocte coruscâ*
Fulmina molitur dextrâ.

Ibidem cecinit & humidum Iouem, quare

————— Et IVPITER HVMIDVS *Austris.*

Siquidem, vt ait Plutarchus libro de Iside, ὅτι γ᾽ οὐ μόνον τοῦ οἴνου Διόνυσον, ἀλλὰ καὶ πάσης ὑγρᾶς φύσεως Ἕλληνες ἡγοῦνται Κύριον καὶ Ἀρχηγὸν, *non solùm arbitrantur Græci* BACCHVM *esse vini, sed &* TOTIVS HVMIDÆ NA-

TVRÆ *Dominum & Moderatorem.* Sufficit denique Pindari testimonium,

Bacchus lætitiæ dator

Gratis frugibus Arbores fæcundet.

Ὕης *Hyes* igitur rectè COGNOMEN, quasi Natura præ Humore genitalis & fæcundans. Proinde Martianus.

——— *Cui littera trina*

Conformat Sacrum Nomen, COGNOMEN.

Igitur penes huiusce Versus vim & sensum, ex humore copioso multum Bacchum, siue Pluuium Iouem, siue Naturæ fæcunditatem ominabantur veteres Epoptæ. Heinc Omen ex τοῦ Ὕου *Hyæ*, Humore per terras luxuriante. Heinc etiam, Authore Suida, iuxtà Clidemum, vt iterùm iterúmque memorare est, ΥΗΣ est Epithetum Bacchi ἐπίθετον Διονύσου ὡς Κλείδημος. Ideóque priscæ Genteis ei Sacrificia faciebant, præsertimque καθ' ὃν ὁ Θεὸς ὕει χρόνον, *eo tempore quo Deus* Ὕης *pluit.* Heinc denique Signa cæli Pluuialia, Ὑάδας *Hyadas* vocauere: & Ὕετος PLVVIA, ab exotico & peregrino illo nomine τοῦ Ὕης. Quàm appositè ergò COGNOMEN simul & OMEN sibi adrogat Sacrum illud τὸ ὝΗΣ Nomen.

OMEN demùm & Præsagium multi Vini vel Frumenti, cæterarumq; id genus rerum, siue Arborum siue Stirpium &c. ΥΗΣ congruè potest appellari. Namque Ὕης *Hyes*, quùm sit vis procreans in vniuersâ Naturâ aspectabili, prolificum humorem designat. Quare plurimus humor vbertatem Annui prouentus & rerum fæcunditatem portendit. Et-

Ὕης *Hyes*, est OMEN Bacchi siue Solis penes sen um Martiani Capellæ.

enim ex copioso Humore, & vt Μυστικῶς loquamur, ex MVLTA SEMELE producitur BACCHVS, siue Ὕης. Hac potissimùm ratione, varia ac benè multa præsagiunt Hesiodus libro Opera & Dies, nec-non Virgilius passim in Georgicis. Imò verò Sol, qui, vti canit hìc iste Maro initio Georgicorum, est Bacchus siue ὝΗΣ, res futuras monet; Et quatenùs idem ὝΗΣ, siue Sol ac Bacchus, præsagit etiã Humoris per terram infusi fœcunditatem siue ὝΗΝ; hinc COGNOMEN ET OMEN; Quare paullò posteà ipsemet Maro ibidem Georgicῶν sancire non dubitat,

Sol tibi SIGNA DABIT, *Solem quis dicere falsum*
Audeat? id est, inquit vetus cõmẽtator, FALLACEM.

Imò apud Suidam Orphicus ille Pherecydes docet τὴν Σεμέλην Ὕην λέγεσθαι *Semelem Hyen* Ὕην *vocari*. Siquidem vis prolifica & rerum conspicabilium genitiua ab Humore proficiscitur. Propterea Thàles ab Aquâ siue *Bacch*ο τῇ Ὕῃ *Hye* cuncta procreata sanciuit. Semele autem secundùm Hesychium, est Ὕη *Hye* siue HVMOR, à quo nascitur Ὕης *Hyes*, siue Bacchus filius Humoris, siue Semeles τῆς Ὕης. Atque ideo, iuxtà eundem Hesychium, Bacchus Sabazius dicitur Ὕεὺς & Ὕης, HYEVS atque *Hyes*. Ζεὺς item ὄμβριος *Jupiter Pluuius*, siue IMBRICITOR, id est Humidus Austris, vti canit Maro in Pastoralibus. Proptereaque quàm scitissimè concludit tandem aliquando Martianus noster Capella,

Octo & sexcentis Numeris, cui Littera trina
Conformat Sacrum Nomen (ΥΗΣ Hyes *scilicet*)
Cognomen, & OMEN.

Verùm minimè adeò mirum eſt, ILLVSTRISSIME BALZACI, ſi tot Philologi circà enucleatum & diſcuſſum huncce Griphum turpiter adeò fuerint hallucinati. Eos ſanè penitus omneis latent res Philoſophicæ; Miſſa namque faciunt Sublimiora & maximè neceſſaria veterum Placita. Spretâ Stirpis Medullâ, circà ſqualidum Corticem malè ſibi cauti verſantur. Profectò, quibuſdam duntaxat Authoritatibus freti, ſæpè-ſæpius qualeſcunque ſuas Rationes ſibi conturbant. Cocircà commodùm duximus, Rem totam, quam, vti fert Animus, verè abſoluimus, à fundamentis accuratiùs diſcutere, ac veluti ab ouo, vt aiunt, inceptare & deducere. Cæterùm iam habes exploratum, ſolutum & confirmatum, eccur? & quomodo? SACRVM NOMEN τὸ Υ῞ης *Hyes*, *Litterâ Trinâ octo & ſexcentos Numeros ſignante*, *vti &* COGNOMEN, OMENQVE conformetur. Iuuat nunc, & hoc duntaxat ſupereſt, inueſtigare, quis & qualis ſit ſenſus horum, quibus Myſticas Poëta Martianus finit preces, verſiculorum,

DA PATER *Ætherios* MENTIS *conſcendere Cœtus*
Aſtrigerumque SACRO SVB NOMINE,

Id eſt, vi & poteſtate Nominis Ἀῤῥήτου, quaſi diuinâ illâ MENTE afflatus foret.

——— *Noſcere cælum.*

Scire iterum neceſſe eſt, quod hactenùs niſi ſumus admodùm elucubrare, Solem ſiue Spiritum Æthereum per Mundi artus diffuſum, ſeu Orbis Animum, magnum Patrem, τὸν Υ῞ην *Hyen*, àc Bacchum

Διμόρ-

Διμόρφον bifotmem, Marem & Fœminam, Vtrumque Sexum sibi vendicare. Siquidem vim rerum omnium Genitricem in se se continebat, proindeque in sacris & publicis Bacchi, siue Solis cerimoniis, Aureũ & Coronâ redimitum, Ἀφροδίτην siue Pudendum immẽsum palàm, àc religiosè portabatur. Hic porrò mos antiquus, àc prophanus ritus ab Athenæo Dipnosophistâ fusissimè describitur. Res enim venerea, quod notatu dignũ ne hallucinationi in rebus veteris Mystagogię vestigandis præbeatur ansa, priscis gentibus Sacra penitus & religiosa fuit. Eapropter Soli siue Baccho, ac magno Patri Υ῞η potestatem atq; virtutẽ totitus Naturæ genitalem affingebant. Hinc Bacchi, siue Solis Ἀρρενοθῆλια; Hinc *vera Deorûm Facies & vultus Paternnus;* Hinc Nomen Patris κατ' ἐξοχὴν. Quin imò ab eius influxu Planetas, cæterosque Astrorum Globos Ambifarios, seu vtriusq; Sexus participes cẽsuere vetustiores Ægyptiorũ Persarum Phœnicum & denique Græcorum Sapienteis. Quod patet ex libello de Iside & Osiride, iuxtà Plutarchum, præsertimque ex his verbis, Διὸ καὶ Μητέρα τὴν Σελήνην τοῦ κόσμου καλοῦσι καὶ φύσιν ἔχειν Ἀρρενόθηλυν οἴονται πληρουμένην αὐτὴν δὲ πάλιν εἰς τὸν Ἀέρα προϊεμένην γεννητικὰς ἀρχὰς καταασπείρουσαν. Ideò Lvnam *Mundi* Matrem, vt & Solem Mundi Patrem, *appellant, & Naturam vtriusque Sexus participem ei assignant: quòd impleta & grauida à Sole, rursùm à se in aerem immittat ac dissemmet Genitalia Principia;* Quare ab Aristotele dicitur Parvvs Sol, quia non secus ac reliqui Planetæ & Globi cælestes Solis Luminibus luxurians & vtroque

Sexu veluti mista & ambigua eius vices obeat; atque ideò Aristoteles * Σελήνη διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἥλιον κοινωνίαν καὶ τὴν Μετάληψιν τοῦ φωτός, γίνεται γὰρ ὥσπερ ἄλλος Ἥλιος ἐλάττων. *Luna propter societatem receptionemque Solaris Luminis, fit quasi* ALTER SOL MINOR; Quare Ἀῤῥενόθηλυς Luna existit, haudaliter quàm Sol qui vtriusque Sexus Animantes gignit sicuti Mures, Cicadas, &c. Quod item innuit Tertullianus * in Apologetico, *Mæchum Anubim & MASCVLVM LVNAM & Dianam flagellatam.* Et apprimè, nam in fragmentis Ægyptiacæ Sapientiæ Ἀῤῥενόθηλυς ὢν ἐξ Ἀῤῥενοθηλύος ὢν Πατρός. *Vterque Sexus Maris & Faminæ* ab PATRE VTRIVSQVE SEXVS PARTICIPE, nempe SOLE, siue BACCHO, Ὕῃ HYE proficiscitur. Imò verò in Pimandrâ, secundùm camdem Sapientiam, non secùs ac reliquæ Mundi parteis,* septem Planetæ, quos *Mundi Dispensatores* vocauere Sacerdotes Ægyptij, vti & Platonici, post Pythagoram & vetustissimum Orpheum, MINOREIS DEOS, Ἀῤῥενόθηλυες Naturæ Masculo-Fæmineæ nuncupantur. Hos autem DISPENSATORES MVNDI, & *Minoreis* DEOS appellat hìc loci noster Capella ÆTHERIOS MENTIS, siue *Solis*, seu τοῦ Ὕης *Hyes* COETVS, quos aliàs secretiores Hebræorum Cabalistæ *Cælestem Exercitum* dixere.

DA PATER ÆTHERIOS MENTIS *cõscendre* COETVS.

* *Lib. 4. de generat. Animal. cap. vltimo.*

* *Cap. xv.*

* Quoniam iuxta veteres, vis Solaris seu Mens per artus Mundi infusa quamlibet Mundi particulã Animat, heinc parteis Mũdi Deos & Deas promiscuè vocitauere: heinc Aristoteles τὸ ὅλον περιέχει τὸ Θεῖον *vniuersam Naturam diuinũ quid cõplectitur*, & Hippocrates 1. de Diætâ lib. φύσιν πάντες Θεοὶ διεκόσμησαν, *omnis Dij hanc aspectabilem Naturam concinnant, & adornant.* Verùm vis magis diuina Deorum & præcipua; fuit Ἀῤῥενόθηλυς, *Vis genitiua partium vniuersi.* Heinc Democritus Dii vbique sunt: & Arrist. Diis omnia plena. Quod innuit vltrò Trismegistus in Pimandrâ, vno verbo, Prisci fermè omneis post Orpheum & eius sectatorem Homerum hanc Μωρεσοφίαν insanè sapuerũt.

Et probè, admodum; vt-pote Bacchus, siue Sol

ΥΗΣ, vsurpatur Διόνυσος *Dionysius*, * quasi Διὸς Νοῦς, sicut suprà obseruauimus; Vnde idem Ὕης à nostro Capellâ Mysticarum harum precum exordio, inuocatur —— MENTIS *Fons*, LVCIS *Origo*. Quò intendere planiùs videtur Hermes initio Pimandræ, his vtique vocibus, ὁ δὲ Νοῦς ὁ Θεὸς Ἀῤῥενόθηλυς ὢν Ζωὴ καὶ φῶς ὑπάρχων, MENS DEVS VTRIVSQVE SEXVS *particeps* VITA ET LVX *exïstens*. Inde Apollinem siue Bacchum, veluti paullò superiùs retulimus, sustinet Poëta se vidisse Nymphas in remotis rupibus Carmina docentem. Etenim Sol siue Spiritus Æthereus penes Orphicos, & Pythagoricos Διὸς φυλακὴ, *Mentis vniuersæ* siue *Ionis latibulum*, *custodia*. Quod item Sol dicatur *Iupiter* MENTE DIVINA, Cœlum, Terrasque regens & conseruans, sumere vacat ex primo Ciceronis de Consulatu, his suis metris.

Principio ÆTHERIO *flammatus* IVPITER Igni
Vertitur, *&* *totum* COLLVSTRAT LVMINE *Mundum*,
MENTEQVE DIVINA *Cœlum terrasque petiscit*.

Quare ab Capellâ probè MENTIS PONS, LVCIS ORIGO habetur. Quin etiam teste Suida, quantùm meminimus, Orpheus εἴρηκεν ὡς ὑπέρτατον Αἰθέρα τὸν Δημιουργὸν ἁπάντων, *est effatus* SVMMVM ÆTHERA *esse vniuersum* RERVM OPIFICEM. Certè veterem & canam hanc Primorum Hominum scientiam ab Orphicis, non autem à Pythagoricis, vti rudes effutiunt, acceperat Ennius. Quod planiùs liquet ex quarto Varronis Libro, vbi de Animantum Animis loquutus, ità sancit Poëta primoris Sapientiæ haud ignarus,

* *Vid Macrobium in Saturnal.*

Isthìc est de SOLE *sumptus* IGNIS, *isque* MENTIS *est.* Quippe hic erat verus ordo vniuersi; hæc erat Arcana totius Naturæ series; IN MATERIA, *enim Spiritus:* IN SPIRITV *Anima:* IN ANIMA *Mens:* IN MENTE *Deus:* ET DEVS VBIQVE; Et viceversâ. Iccircò Iulianus Oratione in Matrem Deorum, Iamblichi, quo cum familiarem inierat consuetudinem famosus Apostata, Ægyptiorum, & Orphicorum simul ac Syrorum abditiorem Doctrinam assequutus, sic ait, de Attide, siue Baccho ac Sole, vti probauimus ex nostro Capellâ,

Atthis pulcher item, &c.

Ἐγὼ τουτονὶ καὶ τὸν Ἄττιν αὐτὸς οἴκοθεν ἐπινοῶ τοῦ γονίμου, καὶ Δημιουργικοῦ νοῦ τὴν ἀχεὶ τῆς ἐσχάτης ὕλης ἅπαντα γεννῶσαν οὐσίαν τὴν ἔχουσαν τε ἐν ἑαυτῇ πάντας τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν ἐνύλων εἰδῶν. *Ego vero* ATTIN *ex ingenio meo Naturam* GENITALIS ET OPIFICIS MENTIS *interpretor quæ ad infimam vsque Materiem vniuersa progignit, quæ quidem concretarum cum Materiâ Formarum rationes omneis in se se Caussasque continet.* Hunc alibi eumdemque Solem, * siue Bacchum sui ipsius diuisiuum & distributiuum in res procreandas, memorat Imperator ille, his verbis τὴν Διονύσου μεριστὴν δημιουργίαν οὐδαμοῦ φαίνεται χωρίζων ὁ Θεὸς Ἥλιος, *Bacchi multiplicabilem ac diuiduam efficientiam* (putà earum, quas cuique viuenti dietim quasi distribuit, particularum Animæ vniuersæ, siue Sui ipsius, Antoninus Imperator* vocat Ἀποσπάσματα τοῦ Θεοῦ, *Dei* quasi *delibramenta & Auulsiones* Solaris per Mundum effluxus) *Apollo minimè à Sole distrahere videtur.* Quin imò καθ' ἐξοχὴν

* *Suâ ad Solem orat.*

* *Libro de se ipso.*

DEI nomine plerique veterum SOLEM intellexere. Quod quidem notauit Drusius libro de Tribus Sectis. * Nec abs re; siquidem, vti docet ille, quem superiùs citauimus, Imperator Mystagogus, οὐδὲν διαφέρειν Ἥλιον Διὸς νομίζοντες, ὁμολογούμενα τῇ παλαιᾷ φήμῃ, *quùm nihil* SOLEM *inter & IOVEM interesse putemus, veterem Opinionem sequimur.* Post Phœnices autem Ægyptios & Babylonios, sectati sunt Philosophi, vnà cùm Poëtis, Ὀρφέα τὸν παλαιότατον *antiquißimum illum Orpheum*; Imò Philo Iudæus MAGNVM REGEM vocat, Ἥλιον Μέγαλον βασιλέα. * Et Iamblichus libro de Mysteriis Ægyptiorum sectione περὶ ἐμφανῶν Θεῶν *de Diis apparentibus*. SOLEM DEVM VISIBILEM laudat. Varia ac bene-multa habemus in Tabulis Heliacis ab Hieronymo Aleandro illustratis & in lucem editis; Quin etiam locupletiora in Hieroglyphicis, & in Oedipo Kircherius nuperrimè publici iuris fecit veterum Sophorum Moniméta vel Secretiora. Possunt item peruestigati Codices, qui in Regiâ Bibliothecâ reperiuntur Manuscripti, siue Orpheum, siue Zoroastrum, siue Democritum, siue Ἀριθμητικὴν Θεολογουμένην spectent. Tacemus interim, quas ad te misimus Tabulas Arundelianas cum Libello de Diis Syris; Nouisti enim quis & qualis, quantusque sit ille Seldenus horum Operum Author quam-celeberrimus. Cæterùm, suâ ad Solem Oratione, Phœnicum Ægyptiorumque Μωροσοφίαν insanè Sapiens Iulianus ita sancit, τὸ γόνιμον τῆς ζωῆς, πολὺ μὲν καὶ ὑπέρπληρες ἐν τοῖς τοιούτοις. φαίνεται δὲ ζωῆς γονίμου καὶ ὁ κόσμος ὢν πλήρης· περίδηλον οὖν ὅτι ἐστὶ τὸ γόνιμον τοῦ βασι-

* Libro 4.

* Libro περὶ κοσμοποιΐας

Quædam Pignorius ieiunè & parcè penes Ægyptios scripsit.

λίως Ἡλίου τῆς ζωῆς μέσον ἐστὶν ἀμφοῖν. *Vis Solis Genitalis ac Fœcunda* IN INTELLIGIBVS *copiosa est ac redundans. Atqui* EIVSDEM VITÆ GENITALIS PLENVS EST MVNDVS. *Perspicuum est igitur Genitalem vitam, quæ in* REGE SOLE *reperitur, inter ambas illas medium locum tenere. Etenim*, pergit idem Imperator, *formarum alias perficit Sol; alias efficit; alias ornat & expolit; alias eruit; nec est vlla penitus res, quæ citrà vim effectricem, quæ à Sole deriuatur, in Lucem ac Natiuitatem prodeat.* Huc spectant apprimé quæ scripsit Malchus libris περὶ τῆς ἀλληγορουμένης Ἑλληνικῶν καὶ Αἰγυπτίων Θεολογίας, *de Allegoriis Ægyptiacæ & Græcæ Theologiæ*: quin imò, vti colligimus ex Eusebio vel ex Clemente, & Orphica Phœniceâque omnia veteris Mystagogiæ Dogmata. Porrò circà Solarem Mentis illustrationem, notatu dignum ducimus quæ Philo Iudæus de Essenis scripserit, libro περὶ βίου θεωρητικοῦ, de vitâ contemplatiuâ. Ἡλίου μὲν ἀνίσχοντος, εὐημερίας αἰτούμενοι τὴν ὄντως εὐημερίαν, φωτὸς οὐρανίου τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀναπλησθῆναι. *Oriente* SOLE *veram fausti Diei faustitatem postulantes: nimirum* VT IPSORVM MENS *(*Essenorum*) cælesti Luce repleatur.*

Iuxtà veteres Sophos à Sole Mens omnis.

Ast Sol, siue Bacchus ὁ ΥΗΣ hìc tantópere & Mυστικῶς celebratus, Mens in Animâ, & Anima in Spiritu, & Spiritus in Materiâ, potissimùm incedit. Etenim vis Intellectiua, sicut aliàs vis Genitiua totius Mundi, quam vltrò celebrauere priscæ Genteis, à Capella Martiano iam-iam suspicitur & intéditur. Scilicet & à Baccho Βακχεύεσθαι, sicut docet Vlpianus ἐνθεάζειν, SACRO Nomine siue ΥΗ afflari: Imò iuxtà Nomen-

clatores Græcos Βακχέιω & Βακχέυω est σὺν τῷ μέλει τῷ βακχείῳ καὶ ἐνθέῳ *Cano Carmine Bacchico*, ID EST DEI PLENO; & Suidas de Bacchi Mysteriis, quibus res venereas ipsi Baccho Sacras peragunt Teletæ, locutus ita hancce Doctrinam astruit ἐπαυτὴν που τὴν τελεσιουργὸν κατεβακχέυοντο πρᾶξιν χωρεῖν, σώφρονι Μανίᾳ ἐς Συμπλοκὴν ἐξοιστρούμενοι, *ad ipsa Bacchi Initia perficienda, diuino Numine afflati ferebantur* SAPIENTI FVRORE siue MANIA *in Congressum, seu Coitum Oestro quodam perciti.* Sanè talia Bacchi Initiamenta, de quibus hìc Suidas, Misem Orphicum, siue Dionysium, vti sumere est ex Onomacriticis τελεσιουργίαις quàm maximè spectabant. Vndè iuxtà Cabalistas* *Vinum Inebrians* de quo Propheta: Vndè insuper Musarum Inebriatio apud Orphicos, & posthàc apud Platonicos. Quod scitissimè illustrat Lilius Giraldus ad calcē suorum Syntagmatum. Cui Mysticæ item Scientiæ assentiri penitùs videtur Aristoteles Libro tertio ad Eudemùm * hoc Effati momento. Κινεῖ γὰρ πῶς πάντα τὸ ἐν ἡμῖν Θεῖον, *mouet enim* DIVINVM QVID *in nobis existens.* Quùm autem παθητικῶς mota sit & congesta Mens, oritur Ἐνθουσιασμὸς *Euthusiasmus*; Nempè Magna, iuxtà Orphicos, & Pythagoricos, imò Platonicos, Mundi Anima, siue ΓΗΣ, ac ipsemet Bacchus multùm sui omnibus ferè istiuscemodi Mente-motis impertitur; id est, se ipsum veluti inspirat. Proindeque Horatius Ode * ad Bacchum,

Quo me Bacche rapis tui
Plenum? quæ in nemora, aut quos agor in specus
Velox MENTE NOVA?

* Vide Picū Mirandulā Conclusionibus iuxtà Cabalistas, quas locupletissimis Commentariis illustratas sumus quàm primum euulgaturi.

* *In Moral. capite 4.* περὶ τῆς εὐτυχίας.

* 13. *Lib.* 3.

Vel etiam, vt docet Ariſtoteles ibidem loci, ἀπὸ τοῦ Θείου nobis inſidentis oritur Furioſorum vel Melancholicorum Diuinatio. Ideoque Claudianus *

Jam FVROR *humanos noſtro de pectore ſenſus*
Æſtuat, & TOTVM *ſpirant præcordia* PHOEBVM.

Quam iterùm-iterúmque Doctrinam, duobus his locis, pandere nititur Ouidius, ſicuti colligere eſt ex ſexto Faſtorum, his verſiculis,

Eſt DEVS *in nobis, agitante caleſcimus illo,*
Impetus hic SACRÆ *Semina* MENTIS *habet.*

Cui quadrat & illud Tertij de Arte amandi,

Vatibus Aoniis faciles eſtote Puellæ,
NVMEN INEST ILLIS.

Vt iam-iam Ariſtoteles τὸ ἐν ἡμῖν Θεῖον *Numen ineſt nobis*, & addit idem Poëta

Eſt DEVS IN NOBIS, *ſunt & commercia Cæli,*
SEDIBVS ÆTHEREIS SPIRITVS *ille venit.*

Simili ſanè Rationis & Authoritatis vi, precariâ tamen, & ab vetere Myſtagogiâ ad huiuſce Intenti illuſtrationem ſolùm mutuatâ, quod cuiuis ſit notum ex ante-dictis, fas eſt Capellæ demùm concludere, & impoſitum Arcanis ſuis Precibus Colophona repetere,

Da Pater Ætherios MENTIS [τοῦ ΤΗΣ] *conſcendere* COETVS.

Siue ad DEOS accedere; nam Aſtra, iuxtà vetuſtiores Ephoros, ſunt Dij; Θεοὶ enim, præcipuéque vti, poſt Platonem in Cratylo, docuit Ariſtoteles, * Primores Dij, ἀπὸ τοῦ Θεῖν à Curſu & Motu continuo, nominati fuere:

* *Initio de Raptu Proſerpinæ.*

* *Lib. 3. ad Eudemum, cap. 4.*

* *Lib. xij. Metaphiſ. cap. viij.*

Aſtri-

Astrigerûmque SACRO SVB NOMINE,
[τοῦ Υ"Η, siue Bacchi afflatu.]
Noscere Cœlum.

Vt potè queam, inquit Poëta Martianus, ex cæli notione, IGNOTVM PATREM Mente comprehendere & contemplari.

Iccircò, sic auspicatus fuerat ipse Capella, IGNOTI VIS CELSA PATRIS, nec inscitè penitùs, dummodò Ἀγνώστον illum Θεὸν intellexisset, quem Diuus Paulus Atheniensium Doctissimos, vt ex Actibus Apostolorum sibi statuere est, primùm docuerat. Namque Sol, haud aliter quàm cæteræ Mundi aspectabilis parteis, vtcúmque sunt Dei Organa, Vulgus Philosophorum dictitat *Caussas secundas;* quibus quidem miranda sua Opera, sicut idem Vulgus loquitur, *ad extrà*, præstat & patefacit. Eapropter Sol probè habetur à Capellâ *Ignoti vis celsa Patris.* Atenim, vt verùm dicamus, circà hæc & similia huiuscemodi veræ Scientiæ rudimenta, vetustissimi illi Sapienteis, seu potius vti mónet Paulus, * Μωρόσοφοι turpiter hallucinati sunt. Hi, videlicet, Effectum pro Caussâ, Instrumentum pro Artifice, Naturam pro Deo male-sani sibi statuere non dubitârunt. Nec sanè mirùm; ILLVSTRISSIME BALZACI, siquidem Gentium Poëtæ & Philosophi solâ vi rationis freti, circà rerum sublimioré, quam olim sapere sibi videbantur, Scientiam, hoc est Lucis Christianæ, nempe futuri Euangelij Crepusculum, dumtaxat conniuebant; Necdum Vera Lux Mentibus affulserat, Mundoque

* *In Epistolis passim: & in Act. Apost.*

ipſiſſima Veritas, id eſt Chriſtus apparuerat. Quare Priſci fermè omneis, quócunque contenderint, inoffenſo nuſquam pede progredi valuere. Vt-potè tanto tamq; profano Gentilis Ritus conatu Princeps Tenebrarũ imitatus eſt Dominum Lucis, imò ipſam LVCEM VERAM, quæ illuminat omnem hominẽ; adeò vt vana & ludicra Sathanæ Μορμολυκεῖα, Sanctis & Sacris, veluti ſuperiùs, vbi de originibus τοῦ Ιαω, Τ'ΗΣ, & τοῦ Iobacchus, expoſuimus, τοῦ verè Α᾽ῤῥήτου *ineffabilis*, יהוה ALTISSIMI Myſteriis quadrare vtcumq; videantur. Eâ de Cauſsâ, etſi varia eaque obſeruatu digniſſima, vt à nemine vſquàm reperta, quæ ad confirmationem huiuſce Diatribæ adferre quirent multùm momenti poſſemus adiicere: minimè tamen rerum curare nos oportet, nùm iſta, quoquo planè modo extent, omnia ſupplere atque ſarcire neceſſum ſit? Satis enim ſuperque offuſam omnem propoſiti huiuſce Ænigmatis & annoſorum iſtorum Ruderum caliginem excuſſimus. Et quod caput eſt, nec huius veritatis rudis es & ignarus, vel res ipſa, quâ de huc diſceptatur vſque, docet omnimodè quàm-vanus olim irrituſque fuerit Sacrorum profanorum cultus, nunc verò quàm irriſus prorsùm iaceat, & vbique terrarum antiquatus. Interim, ſi Obtrectator quiſpiam imprudenter obiiciat à nobis interpolata ac quaſi aſſuta vetuſtioris Ῥαψῳδίας rudera, idem ſanè ad hæc reſponſum occurrit, quod ὁ Μακαρίτης & communis olim noſter Dionyſius Petauius vir Doctus æque àc Religioſus, Liuido cuidam editas à ſe impij &

perfidi Iuliani Orationes, seu Priscæ πολυθεότητος quisquiliis fædas ac conspurcatas Idololatriæ Reliquias, exprobranti quàm consultissimè his verbis fecerit. *Si* vetusti Lapides, Nummi, Marmora, aliaque eiusmodi monimenta, non tàm vtilitate placent, quæ plerumque nulla in iis est, quàm ipso genere vetustatis: ob idque & eruuntur sedulò, & obscuris sæpè ambiguisque rebus authoritas ex iis arcessitur. Nemo erit tàm à ratione relictus, opinor, qui non mutis illis atque inanimis rebus, Veterum Lucubrationes àc Scripta, hoc est, penè ipsius Antiquitatis Vocem anteponendam iudicet. Profectò se, inquam, vel res ipsa nimiùm àc inuitò se prodit. Nam extrà Solem, quem priscæ genteis adorabant Deum, τἀγαθὸν, SVMMVM BONVM à quo cõstitutus & ordinatus fuerat, agnoscebant. Audiamus ergò quid cẽsuerint Phœnicum & Ægyptiorum Sapienteis, referente detestando illo Apostatâ Iuliano * his verbis, quibus hic iste profitetur & agnoscit, vel inscius, ipsâ, quã ἀποστασίας scelere, deseruerat veritatem, Ἥλιος ἄρχειν καὶ βασιλεύειν αὐτὸν ὑπὸ τἀγαθοῦ τεταγμένος, *Sol* INTELLIGENTIBVS, *vt præesset & imperaret* A BONO *constitutus est*. Nempe velint, nolint, in voce τἀγαθὸν, *Sol constitutus est*, & constituta sunt omnia à Deo illo, quanto Maximo, καὶ Ἀγνώστῳ, & cuius *Posteriora* dumtaxàt videmus: putà quem ex Effectibus potissimùm dignoscimus. *Inuisibilia* enim *Dei, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur.*

Quod euulgauit occasione præfationis amplissimũ ad virũ Nicolaum Verdunum Senatus Parisiensis Præsidem.

* Orat. ad Solem.

Hæc sanè certior fuit Caussa, cur Antiquiores Naturæ conspicabilis Contemplatores, veluti Or-

pheus, Homerus, Hesiodus, &c. Deum Deorum id est, vnicum Naturæ Principem & Moderatorem suis passim in Operibus laudauerint. Attamen nimis addicti Sensibus, Naturam, vel reluctante ipsissimâ Ratione, vt summum & solum Deum sibi fingebant, persuadebant, statuebant; Quamobrem, sicuti ex Mysticis Capellæ Precibus coniectare est, Solem, quasi Naturæ Regem in vulgus prædicabant & venerabantur. Quod quidem innuit Plato in Theæteto. Ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸ Ἥλιον Ὅμηρος λέγει καὶ δηλοῖ χρυσῆν σειρὰν, ὅτι ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ᾖ κινουμένη καὶ ὁ Ἥλιος, πάντα ἔστι καὶ σώζεται τὰ ἐν Θεοῖς καὶ Ἀνθρώποις, εἰ δὲ σταίη τοῦτο ὥσπερ δεθὲν πάντα τὰ χρήματα ἂν διαφθαρείη. *Quoniam nihil aliud dicit Homerus & declarat* SOLEM *esse, quàm* CATENAM AVREAM; *quià quùm Sol suis circum-volutionibus Mundum lustret*, OMNIA DIVINA ET HVMANA, *existunt, fouentur & conseruantur; Si verò stet veluti vinctus, res omneis tabescerent & corrumperetur*. Latebat autem vulgus Gentium (non autem vtique Sapienteis) Ignotus ille rerum Pater, seu cuncta disponens τὸ Ἀγαθὸν *ipsum-perse-bonum*, nempe DEVS OPTIMVS MAXIMVS.

Aurea Catena Homeri iuxtà Platonem aliud est nihil quàm SOL de quo hic Martianus Capella, quod idem confirmat Macrobius.

Verùm ne plus iniquum quàm æquum valeat hæc Ista nostra Diatrib[illegible] quoniam intelligendi huiusce Mystici, quo de supra, Ritus, atque propositi à Martiano Capellâ, nunc verò penitiùs à nobis Soluti Ænigmatis copiam fecerit satis, nostra iam maximè refert, vt ad aliam susceptæ de Hippocratæo Gripho istiusce Critices partem oppidò nos conuertamus.

ΑΙΝΙΓΜΑ-

ΑΙΝΙΓΜΑΤΩΔΕΣ *Hippocratis Placitum:*

LVX IOVI TENEBRÆ ORCO;

TENEBRÆ IOVI, LVX ORCO; *Penes Arcanam quam Diuinus Senex sapiebat Orphei Theologiam, planè illustratur.*

GEnuina hæc, quã variis nostris Dissertationibus insinuauimus; Primorũ Hominum Scientia soluit & reuelat mysticũ istud, quod apud Hippocratẽ legitur, veteris Sophiæ Axioma, seu potius Logogriphum. Libro enim primo de Dietâ, sic fatur Hippocrates, φάος Ζηνὶ, σκότος ἅδῃ, *Lux Ioui, Tenebræ verò Orco;* vt pote Forma vniuersalis, siue Substantialis illa Natura Lux insidens Igni Ætherio, antiquitus dicebatur IVPITER, vti clarius superioribus Dissertationibus demonstrabimus. Hinc, vt animaduertit Lycius Proclus, Iupiter vocatur à Socrate in Philebo πηγαῖος ἥλιος *fontanus Sol:* quasi Formarum seu Luminum & Splendorum fons ac origo. Habetur item in Cratylo pro ipso Apolline, si quidem * ὑπεροχὴν *siue Excellentiam Perfectionem,* Formam Lucemque ἐξῃρημένην γενέσεως *exemptam ab omni regeneratâ*, tribuit & impertitur. Ille ipse etiam, & quàm simillimè, ab Trismegisto Asclepium condoce faciente, dicitur οὐσιάρχης, *quoniam omnium princeps existit & eius* οὐσία *Lumen est, omnibusque præbet vitam, bonumque Luminis per orbem Solis nobis infundit.* Imo illum ipsum * παντόμορφον idem OMNI-

De Solutione Ænigmatis Hippocratis lib. 1. de Diætâ.

* *Proclus in Platonis Theologiâ.*

* *Apud Apu-*

leium Trismegistus. FORMEM vocant; Quippe qui diuersis Speciebus, diuersas Formas sui Luminis vi facit & concinnat; Scilicet ait Ioannes Picus in * Heptaplum. *Ab Spiritu Domini seu Cœlo & causâ rerum efficiente, dum fluxam & tractabilem aquarum Naturam siue Materiem versat & agit*, *Lux*, id est, *Forma species & decor Tenebrarum;* Quare φάος Ζηνὶ *Lux Ioui.* Et vt cecinit Thracius Gentium Theologus.

* *Capite 1.*

Πάντα δ' ἀποκρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς·
Μέλλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν πολυθέσκελα ῥέζων.
Cuncta autem magno sub corde recordens,
In almam Lucem Dio molimine profert.

Porrò Tenebræ obuersantur Materiei, illique aptissimè congruunt, sunt enim vt Entheus Moses initio libri Generationum, vulgò *Beresith*, promulgat, *Tenebræ super faciem Abyssi;* id est inquit ille Mirandulanus in Heptaplum eodem quàm superiùs capite, *Priuatio super Terram siue Materiam:* Hinc apud Septuaginta Interpretes, *Terra* siue Materia *erat inuisibilis & incomposita.* Hinc etiam apud Ægyptiorum Sapientes siue Mercurium initio Pimandræ, Tenebræ, id est, Corporeæ & Primigeniæ Atomi siue Indiuiduæ Materiei Particulæ deorsùm ferebantur σκότος κατωφερὲς ἦν; & paulò post, μεταβαλλόμενον τὸ σκότος εἰς ὑγράν τινα φύσιν, *translata sunt Tenebræ in humidam Naturam*, id est, in Materiem fluxam & tractatibilem instar aquæ; Siquidem Materia ex se se Formarum Qualitatumque omnium experts & Vacua Massa informis & indigesta iacet, ac proinde meritò denominatur ORCVS:

Ideoque ΣΚΟΤΟΣ Ἅδῃ, *Tenebræ Orco*; Namque vt inquit Proclus in Platonis * Theologiam Materia ſiue Terra eſt Vmbra, & Terra eſt *Lucis* priuatio, σκιὰ ἀπὸ γῆς, καὶ γῆ φωτὸς στέρησις, Illa, inquam, ipſa eſt Terra viduata Formis de quâ * Triſmegiſtus vti paullò ſupra σκότος κατωφορὴς ἦν *deorsùm Tenebræ ferebantur*, Id eſt Terra, Abyſſus, Lis, Chaos, Atomi, Materia, Nox ſiue ORCVS. Ita etiam Cyriacus Stroza * libro decimo de Republica agendo, non ex Inſtituto, ſed per ἐπιβολαίως μῦθον, de rerum παλιγγενεσίᾳ ſeu de *renouatione vniuerſi*, *Homines ait è Tenebris in Lucem editos* καθάπερ φῶτα ἐπὶ τῷ σκότῳ ἐπιφανεῖς, *Homines quaſi Luminaria è Tenebris, ſiue Terris recentibus poſt Diluuia, vel Incendia, vel Sterilitates apparere incipientes*, ſiue potius vt hic loquitur Diuinus Senex, *ex Orco in Lucem* prodeuntes; Cocirca audiamus Aſclepij Doctorē Triſmegiſtum Apuleianâ Linguâ ita rurſus differentem, *Inaltata eſt caua Mundi profunditas in modū Sphæræ ipſa ſibi qualitatis vel formæ ſuæ cauſa* INVISIBILIS *tota, quippe cum quemcumque in ea ſummum ſubter deſpiciendi cauſa delegeris locum, ex eo, In imo quid ſit, videre non poſſis, propter quod multis locis inſtar qualitatemque habere creditur, per Formas enim Solas Specierum, quarum imaginibus videtur inſculpata, quaſi viſibilis creditur, cum depicta monſtraretur, reuerà eſt ſemper ſibi ipſi* INVISIBILIS ILLA ὕλη *ſiue Materia, ex quo eius imum, vel Pars (ſi locus enim Sphæræ) Græcè* Ἅδης ORCVS *dicitur: ſi quidem* ἰδεῖν *Græcè* VIDERE *dicitur, quo viſu primum Sphæræ careant, vnde &* ἰδέαι *dicuntur* SPECIES, *quod ſint* INVISIBILIS

* Libro 6. cap. 10.

* Initio Pymandri.

* Capite 1.

FORMÆ, *ab eo itaque quod visu priuentur Græcè* Ἄδης ORCVS *& ab eo quod in infimo Sphæræ sunt Latinè* INFERI *nuncupantur*, Inferus enim Orci seu Materiæ situs perennibus Tenebris cœcus ex se se disparet nec sub obtutum cadit prorsus inconspicabilis. Igitur illustris noster Cous hanc Naturalis Scientiæ prolepsim, rectissimè sancit, φάος Ζηνὶ, σκότος Ἄδῃ, *Lumen Ioui, Caligo autem Orco*; Et vicissim iugi & æternâ rerum lege, & indefesso circuitu, nec-non vniuersâ Mundi Ἀναγκῃ· TENEBRÆ IOVI, LVX ORCO, dein LVX IOVI, TENEBRÆ ORCO: & sic iugiter reciprocis Naturæ vicibus atque perennibus rotatibus res Mundanæ fatiscunt iterum, iterumq; integrãtur. Eam-ob-rem Noctis in Hymno, NOX dicitur ab Orpheo CIRCVLARIS vti & Natura, Venusque, singulis suis in Hymnis * vocantur, CIRCVLARES, namque in *Circulum* omnia progrediuntur, quod demonstrat Aristoteles primo Meteororum Capitibus primo & nono; vbi ἐν κύκλῳ omnia ferri docet, passimque libris περὶ φυσικῶν ἀρχῶν & imprimis περὶ οὐρανοῦ. Quod item Proclus, miro demonstrationum tenore, libris de Elementis Physicis & Theologicis ratum sanciuit.

Orci nomine veteres Corporeã hãc regionem intelligebant.

* Apud Orpheum.

Rursus quùm primùm & recens Spiritus Æthereus siue Iupiter intra Materiæ sinum occulitur & in ea delitescit, quoniã eximendæ è rebus Formæ, Idola & Characteres is nondùm expresserit, densioribus certè offunditur Tenebris, ac penitus obscuratur. Quod quidem inuestigatu perfacile est, ex Vite quæ Gemmas trudere occipit; Vere enim nouo

quùm Calor, siue οὐσιώδης Hippocratis τὸ θερμὸν redit Stirpibus, insertus in Gemmas Spiritus Æthereus omnem Racemorum, Pampini, Capreolorum, Caulis, Corticum, Figurarum, Colorum, Cœterarumque Qualitatum Formam & Speciem in se se abdit, atque sub humoris & substantiæ penetralibus, quæ sunt ei profutura apud se volutans, tutissime celare quodammodo videtur. Quapropter Ætherius Spiritus, vel sicuti canit Lucretius, * Pater ille Omnipotens in gremium Matris Terrai præcipitatus: siue, vti * Maro, in Gremium lætæ Coniugis, nempe Materiæ descendens, quasi otiosus ac lentus simulat vtcumque feriari; Vt pote per opacas Materiei Caulas (hoc Impræsentiarum verbi à Tito Caro mutuabimur) nedum obscurus & inglorius, verum etiam personatus, veluti supinè procumbit ac substernitur. His enim in Vmbris & Corporearum Atomorum caliginibus obnubilus, veternoque quasi laborans & grauatus, torpere ac languescere identidem mentitur is, qui dicitur Anima Mundi, ἀπάυστος ἐ ἀεικίνητος, Iupiter. Iccirco eodem libro de Diætâ, licuit diuino Hippocrati diuinitus effari, σκότος Ζηνὶ *Tenebræ Ioui;* Hinc ab Platonicis χθόνιος ἀποκαλεῖται Ζεὺς, *Iupiter terrestris*, hoc est, in Terra Materiâue latitans, siue Pluto in Orco, quia nondum in Lucem prodit atque iacens in Tenebris occultus, nominatur. Quin etiam QVIETALIS aliquando dictus est Iupiter, quia omnibus pausam afferat, QVIETALIS, inquit Festus, dicebatur ab Antiquis ORCVS, Ἄιδης enim, siue

* *Lib. 1. de rerum Naturâ.*

* *Libro 2. Georgicorũ.*

Pluto, iuxta Græcum eſt INVISIBILIS & ſubintelligitur *Iupiter;* Quare etiam ille noſter Triſmegiſtus Aſclepium ſic adloquitur, *Terræ & Mari dominatur* IVPITER PLVTONIVS, *& hic nutritor eſt animantium mortalium & fructiferorum, huius viribus fructus, arbuſta & terræ vegetantur;* Quippe clàm & latenter viuentium generi ſecretas ſuppetias ferre ſibi potis eſt; Quoniam intrà Materiæ ſinum degit occultus, atque in Terrâ, id eſt, Materiæ, Orco, vel Tenebris ſuas vices ac munia, tacitus & intempeſtus præparat, componit & machinatur; Quod vtique Myſticis ſuis Tropis innuit noſter Theologus in Hymno Plutonis, ſiue rectius Typhonis, iuxta Ægyptiorum vocem: vti in Orphicorum manuſcriptis Veteribus vulgò legere eſt. Aſt quùm cèleſtis ille Dæmon ſiue φύσις αὐτοδίδακτος, atque iuxta

* Libro 9. Galeni τὰ ὑπομνήματα, * libro de placitis Hippocratis & Platonis, φύσις ἀπαίδευτος *Natura per ſe docta & ex ſe ſe diligenter & accuratè addiſcens;* Quam ipſam

* Libro 6. Proclus poſt Timæum * libro Theologicorum Platonis dogmatum vocat Naturam φιλόσοφον, *Philoſophiæ ſtudioſam,* ὡς πλήρη νοερᾶς γνώσεως, καὶ σοφίας ἀληθοῦς *vt pote Internallis Cognitionis & veræ Sapientiæ plenam;* Quùm, inquam, interior & vniuerſalis rerum Corporearum Intelligentia, quæ iuxta Orpheum Ἑρμαθηνᾶ, vt ex Hymnis Mineruæ & Mercurij colligere licet, appoſitè prædicatur, & innatus rebus viuentibus Ætherius Spiritus eſt, cuiuſlibet Indiuidui ac particularis ſubiecti Formam concinnauit, debitiſque compoſitam Materiam numeris abſo-

luit: Quùm ſuis, inquam, officiis, ac vicibus ad commiſſæ ſibi prouinciæ leges ritè functa eſt, Naturali quodam ſplendore illuſtratur Materies, adſcitiſque à Spirituum munere qualitatibus ſpecioſa præfulget. Quod quidem ſcitiſſimè explanat Mirandulæ comes, his ſuis in Heptaplum verbis *ſuper aquas*, id eſt, *fluxas diſpoſitiones Materiæ quaſi Terræ, præſentes fertur Spiritus Domini, id eſt vis Cauſæ agentis, non vti Cauſa principalis, ſed vti Spiritus Domini id eſt organum* Divinæ Artis *ſiue Mentis, eodem modo, quo Spiritus vitalis Animi organum eſt, & ſtatim tractante Spiritu aquas illas*, id eſt, Materiam fluxam & maximè tractabilem, *& peruadens ſubiectum iuſſu Dei Artificis exoritur* Lux, id eſt, Formæ decus et splendor; Iccircò cuique patet, quâ potiſſimum Ratione, Lux ſiue Splendor ſuccreſcat Materiæ ſeu Orco. Hinc iterum Hippocrates effatus eſt vltrò & quàm rectiſſimè, φάος ἅδῃ *Lux Orco.* Proptereà Diuinus Plato in Cratylo, Socratem ita docentem profert, *Tantum abeſt vt nomen* ἅδης *à voce* ἀειδὴς (id eſt *Inconſpicabilis) deducatur, quin potius dicatur* ἀπὸ τοῦ πάντα τὰ καλὰ εἰδέναι, *id eſt quod omnia pulchra cognoſcat atque intelligat*, Is ipſe, nempe, Iupiter latens ſiue θεὸς σοφιστὴς τέλειος *decus ſapiens & perfectus*, Atque inde ab primo nominum Inſtitutore, Ἅιδης fuerit cognominatus.

Igitur intruſo vel inſinuato in Materiem cœleſti & Diuino Igne: dein Materia, ob Formas ab intruſo eo ipſo Igne ſeu Spiritu Ætherio, non elicitas & eductas modò, veluti apud vulgus Schola-

rum Aristoteliarum, sed confectas & subsistentes, decoratâ & illustri, hæc cuiuis cum nostro Sene verba facere haud nefas ducimus σκότος ζωῇ, φάος ἅδῃ, *Tenebræ Ioui, Lux Orco.* Quod effatum longe sapientissimum videtur astruere hoc textu Platonicus * Proclus. *Et superna quidem Magni Iouis Natura ad vltimas Mundi particulas* (nempe Orcum siue Materiam) *peruadens, & vbique suam vnitatem seruans immixtam cum illis quæ participant ipsam, & illius quidem rerum Opificis vnitatis* (id est Iouis vel Animæ Mundi.) τὸ γόνιμον, καὶ τέλειον, καὶ ἀγαθοειδὲς φῶς ἐγκολπιζομένη, *Generatricem & perfectam & boni Formâ præditam* LVCEM *in sinu suo fouens.* Scilicet per rerum Generationem, quæ ab seminis efferuescentiâ & Igneâ vi plerumque fieri assolet, LVX ORCO, contingit; per Corruptionem autem, nempe Dissolutionem Formæ à Materiâ, secretionemque Spiritus Ætherij à communi rerum subiecto, TENEBRÆ IOVI Offundi solummodo dicuntur; Siquidè præsincerâ simplicissimâque Naturæ suæ puritate, hâc dumtaxat Materici caligine prætextus Iupiter, in eâque immersus & degens, temerari nequicquam potest; Soluta enim & in se se recepta conciliataque, vel vt vulgo loquuntur propriâ δυνάμει concepta simpliciter, & ἁπλῶς segregata ab omni concretione mortali Natura Æetherea, impunè quocúnque pertinet, effunditur ac influit; Namque intrà Materiales οὐσίας intimè facescens Natura illa Iouis, id est, Solaris & Æetherea, ἀμιγής planè, totaque cœlestis ἀπρεπῶς incedit. Namque vt scitè Proclus

* Platonicus Theol. lib. 6. cap. 11.

Proclus in Platonis Theologiam, * νοῦς θεῖος καὶ ἄχραντος ἐν ἑνὶ τὰς ὅλας ἀρετὰς ἡγεμονικῶς περιέχει *diuina & Immixta Mens in vno virtutes vniuersas principaliter & quasi Imperatoriè continet.* Porrò illa vis *Iouis*, ac Spiritus vniuersi δύναμις in Materiâ, seu *Orco* sua munia obiens, ab Academicis vsurpatur Περσεφόνη καὶ Κόρη, quod idem noster Orpheus in Hymnis Proserpinæ & Palladis multò-priùs docuerat; Academici enim vnà cum Atticis omnibus fermè Sapientibus, vti, vel ipso renuente multiscio Petauio * animaduertit Epiphanius, Orpheũ sectati sunt; Videlicet pura, casta, & intemerata Virgo, rerũ Materialium terminos & *Orcum* penetrans ac ingressa, & vt fruamur verbo Orphaico, ἀντροδίαιτος *Antrum subiens*, id est, Materiem, vel, sicuti Virgilius, Magno se miscens Corpori, Lunam, Mercurium, Venerem, Martem, Iouem cæterosque per latum Æthera dispersos Globos * complectens, fit particeps vniuersæ Animantum Generationis, & ipsos vitæ riuos replens omnibus illis bonis ad rerum Generationem aptis & accommodatis, producit Animalium LVCEM, * nempè Formam ac Speciem, Μετέχουσα τῆς ὅλης ζωογονίας γεννητικῶν ἀγαθῶν, καὶ προάγουσα τὸ ζωογονικὸν φῶς.

* *Libro 6. cap. 11.*

* *Suis in Diuum Epiphanium Obseruationibus.*

* Iuxtà Mẽtem Orphei & Democriti, Testibus Plutarcho & Onomacrito, & Neotericos inter, Penes doctrinam Keppleri & nostratis Gassendi plureis Mũdi ab Æthere siue Ioue Animati.

* *Proclus l. 6. cap 11 in Platonis Theologiâ.*

Verum-enim-verò, IOVEM, ORCO vtcumque aduersari nos docet Hippocrates: nimirùm πῦρ ἄκρατον, τῇ ὕλῃ, *Ignem Æthereum, ipsi Materiæ;* Ideoque Orpheus rerum vniuerso Iouem præfecit, eiusque beneficio Semina, quod sagaciter obseruauit * Seuerinus Danus, siue Cœlo, siue Terris, siue Ponto latitantia ostendi nos antè docuerat; Namque Signatu-

* *Libro de medicina Philosophica*

rum Ariſtoteliarum, ſed confectas & ſubſiſtentes, decoratâ & illuſtri, hæc cuiuis cum noſtro Sene verba facere haud nefas ducimus σκότος ζωῇ, φάος ᾅδῃ *Tenebræ Ioui, Lux Orco.* Quod effatum longe ſapientiſſimum videtur aſtruere hoc textu Platonicus * Proclus. *Et ſuperna quidem Magni Iouis Natura ad vltimas Mundi particulas* (nempe Orcum ſiue Materiam) *peruadens, & vbique ſuam vnitatem ſeruans immixtam cum illis quæ participant ipſam, & illius quidem rerum Opificis vnitatis* (id eſt Iouis vel Animæ Mundi.) τὸ γεννητικὸν, καὶ τέλειον, καὶ ἀγαθοειδὲς φῶς ἐγκολπιζομένη, *Generatricem & perfectam & boni Formâ præditam* Lucem *in ſinu ſuo fouens.* Scilicet per rerum Generationem, quæ ab ſeminis efferueſcentiâ & Igneâ vi plerumque fieri aſſolet, Lux Orco, contingit; per Corruptionem autem, nempe Diſſolutionem Formæ à Materiâ, ſecretionemque Spiritus Ætherij à communi rerum ſubiecto, Tenebræ Ioui Offundi ſolummodo dicuntur; Siquidē præſincerâ ſimpliciſſimâque Naturæ ſuæ puritate, hac dumtaxat Materiei caligine prætextus Iupiter, in eâque immerſus & degens, temerari nequicquam poteſt; Soluta enim & in ſe ſe recepta conciliataque, vel vt vulgo loquuntur propriâ δυνάμει concepta ſimpliciter, & ἁπλῶς ſegregata ab omni concretione mortali Natura Ætherea, impunè quocúnque pertinet, effunditur ac influit; Namque intrà Materiales οὐσίας intimè faceſcens Natura illa Iouis, id eſt, Solaris & Ætherea, ἀμιγής planè, totaque cœleſtis ἀσπιλώτως incedit. Namque vt ſcitè

* Platonicus Theol. lib. 6. cap 11.

Proclus

Proclus in Platonis Theologiam, * *νοῦς θεῖος καὶ ἄχραντος ἐν ἑνὶ τὰς ὅλας ἀρετὰς ἡγεμονικῶς περιέχων diuina & Immixta Mens in vno virtutes vniuersas principaliter & quasi Imperatoriè continet.* Porrò illa vis *Iouis*, ac Spiritus vniuersi *δύναμις* in Materiâ, seu *Orco* sua munia obiens, ab Academicis vsurpatur Περσεφόνη καὶ Κόρη, quod idem noster Orpheus in Hymnis Proserpinæ & Palladis multò-priùs docuerat; Academici enim vnà cum Atticis omnibus fermè Sapientibus, vti, vel ipso renuente multiscio Petauio * animaduertit Epiphanius, Orpheū sectati sunt; Videlicet pura, casta, & intemerata Virgo, rerū Materialium terminos & *Orcum* penetrans ac ingressa, & vt fruamur verbo Orphaico, Αὐγοδίαιτος *Antrum subiens*, id est, Materiem, vel, sicuti Virgilius, Magno se miscens Corpori, Lunam, Mercurium, Venerem, Martem, Iouem cæterosque per latum Æthera dispersos Globos * complectens, fit particeps vniuersæ Animantum Generationis, & ipsos vitæ riuos replens omnibus illis bonis ad rerum Generationem aptis & accommodatis, producit Animalium LVCEM, * nempè Formam ac Speciem, *Μετέχουσα τῆς ὅλης ζῳογονίας γεννητικῶν ἀγαθῶν, καὶ προάγουσα τὸ ζῳογονικὸν φῶς.*

* *Libro 6. cap. 11.*

* *Suis in Diuum Epiphanium Obseruationibus.*

* Iuxtà Mentem Orphei & Democriti, Testibus Plutarcho & Onomacrito, & Neotericos inter. Penes doctrinam Keppleri & nostratis Gassendi plureis Mūdi ab Æthere siue Ioue Animati.

* *Proclus l. 6. cap 12 in Platonis Theologiâ.*

Verum-enim-verò, IOVEM, ORCO vtcumque aduersari nos docet Hippocrates: nimirùm *πῦρ ἄκρατον, τῇ ὕλῃ, Ignem Æthereum, ipsi Materiæ;* Ideoque Orpheus rerum vniuerso Iouem præfecit, eiusque beneficio Semina, quod sagaciter obseruauit * Seuerinus Danus, siue Cœlo, siue Terris, siue Ponto latitantia ostendi nos antè docuerat; Namque Signatu-

* *Libro de medicina Philosophica*

tis, vt loquuntur Chemici, siue τυπώσεσι Seminũ ornata corpora, & pulchritudine vestita, Lucis imaginẽ referunt: deflorescentia vero, Seminumq; vigore destituta, *Caligine* obducuntur; Hinc Seminibus refluentibus, siue se se recipientibus spiritibus Ætheriis, & coetus mortalium caducarumq; rerum relinquentibus TENEBRARVM nomen impositum fuit, consuetudine veritatis, vt inquit Medicus ille Danus, * Naturam vincente. Perenni hac rerum vicissitudine, communicatione, consensu, & amicâ officiorum conspiratione, Leges Mundanæ conseruantur. Siquidem, quæ hìc in prouinciâ *Iouis* lucent, id est, quæ in rerum Naturâ conspicabilia fiunt, ea imitantur, faciunt & absoluunt, quæ anteà in Noctis siue *Orci* quietâ officinâ, ab Exemplaribus igneorum spirituum definita, constituta & decreta sunt; Et rursus, quæ ibi vigent, horum fœcunditatem, potestatem, agendi modos, vitali continuitate in æuum promouent, nec laboriosam sortem obtinuerunt: Absque sollicitudine, defatigatione, ratiocinatione, dubitatione, Pensum, siue reiũ vitam absoluunt; Scilicet Scientiâ ingenitâ, vitali, ipsâ denique totâ οὐσίᾳ. Tales Scientiæ, quià cognitionis cõsensum & in se se reflectionem non habent, dicuntur *nescire ea quæ faciunt*, attamen *videntur scire*; Operibus enim documenta instituunt diuinæ Scientiæ, Ars enim & Scientia à nullo edoctam sapientemque Naturam venantur; * Quin etiam, *quæ vident, non cognoscunt*; quia ab specierum continuâ receptione Scientiam suam non mutuantur. His itaque

* *Libro de Ideâ Philosoph.*

* Quod vlt ò innuit post Hippocratem Galenus.

positis, & satis superque enucleatis, soluitur tandem Hippocratij Decreti Griphus, LVX IOVI, TENEBRÆ ORCO: LVX ORCO, TENEBRÆ IOVI; *peregrinantur * & transferuntur illa huc, hæc illuc omni tempore, illa res horum, hæc verò res illorum transigunt: & partim ea quæ faciunt, nesciunt: partim quæ faciunt, scire videntur: neque etiam ea quæ vident, cognoscunt;* Quibus ratiociniis congruit ille versus Orphicus ex Hymno Iouis Inferi, siue Plutonis.

* Hippocrates initio libri de victus ratione.

Μοῦνος ἔφυς ἀφανῶν ἔργων φανερῶν τε βραβευτὴς,

O *Iupiter Terrene! solus es obscurorum & illustrium operum Moderator.*

Cuius rei rationem hac conclusione afferre videtur mirandus Hippocrates, primo de Diætâ, ἀλλ' ὅμως, αὐτοῖσι πάντα γίνεται δι' Ἀνάγκην Θείην, καὶ ἃ βούλονται, καὶ μὴ βούλονται. *Et tamen omnia ipsis eueniunt per Diuinam Necessitatem (id est Iouis, quoad res Naturales, decretum siue fatum) & quæ volunt, & quæ nolunt.* Acproinde quælibet res mundana, quamdiu subsistit, destinatum ac ratum suum Fatum explet, quod maximè statuit, ipse idem Hippocrates his verbis, τὴν πεπρωμένην μοίρην ἕκαστον ἐκπληροῖ. In ipsâ enim rerum οὐσίᾳ insita est Lex Dei, vel vniuersæ Naturæ; Hinc occultæ Virtutes, abditæque rerum Caussæ; Hæc autem illa Lex dicitur, & est Vox Creatoris per omnia dispersa: Forma Princeps Animatũ; Fons, & origo Vitæ; Seminarium Mundi; Magnus Λόγος; Arcanum ex quo fluxus refluxusque Seminalium Rationum, omnibus Mundi entibus vitam largiens: & vno verbo, celebratum ipsum τὸ Θεῖον Hippocratis,

nec non illius τὸ Θερμὸν *Immortale, omnia intelligens, cernens, auscultans, futuri, præsentisque haud ignarum, quod quidem prisci Sapientes* ÆTHERA *vocitarunt;* Scilicet ille ipsemet IVPITER, cuius..

—— —— Νόμος πάντα κρατήσει,

Lex cuncta gubernat.

Et iuxtà Plutarchum, in Demetrio, Νόμος πάντων βασιλεύς. Quoniam ex ipso Ioue, Gentibus, inquam, illo penè Α'γνώστῳ *Incognito*, in ipso & per ipsum sunt, viuunt, crescunt, mouentur, & virtute eius vtique plena sunt omnia. Quare vates Hebræus, sed aliâ & clariori Mentis Luce, quàm Gentium Sophi, ô

Psalmo 104. IEHOVAH! *quàm omnia sapienter fecisti: quàm plena est terra possessione tua;* Et Mercurius in Pimandrâ, * βούλησις τοῦ πατρὸς πλήρωμα ἐστι τῆς ζωῆς, *voluntas & ordo, siue Lex Patris plenitudo Vitæ est;* Quâ quidem Vitæ plenitudine ampla & immanis Materiei massa animatur, informatur, vel vt loquamur cum Hippocrate, *Orcus ab Ioue* illustratur. Propterea̒que vbi Materia siue ORCVS, ibi Vita; vbi Vita, ibi Anima; vbi Anima, ibi Mens; vbi Mens, ibi tandem LVX siue IVPITER; Namque, vt inquit idem Hermes Ægyptius, *nihil est eorum quæ fiunt, aut facta sunt, vbi non sit Iupiter siue Deus*, τοῦτο ἐστὶν ὁ Θεὸς, τὸ πᾶν, *Deus est hoc vniuersum; Nihil autem est in vniuerso, quod non sit, omne namque est.* τὸ δὲ πᾶν διὰ πάντων καὶ περὶ πάντα: *omne quidem est per omnia ac circum omnia.* Iccircò Lucanus Pharsalic. nono sic effatur,

* *Siue primi Ægyptiorum sapientes in Pymandrâ*

Iupiter est quodcumque vides, quòcumque moueris.

Scilicet, vt docent Platonici, penes Dei Α'γάλματα, quo-

niam, vt inquit Plato, πᾶσι Ἰδέα Θεὸς ἐςί. *Deus est Caussa & Omnium rerum Exemplar.* Hæc sanè fuit Mens veterum; Hæc Philosophorum quadam-tenus Μωροσοφία, quam quidem oportuit, ad rerum dilucidationem, hùc adiicere. Concessis ergò & confirmatis his atq; parilibus ratiociniis, ILLVSTRISSIME BALZACI, concludamus tandem iterùm atque iterùm cum Hippocrate, *Lux Ioui*, * *Tenebræ Orco; Tenebræ Ioui, Lux Orco; Peregrinantur & transferuntur: illa huc, hæc illuc omni tempore; illa res horum, hæc verò res illorum transfigunt: & partim ea quæ faciunt, nesciunt: partim quæ faciunt, scire videntur: neque etiam ea quæ vident, cognoscunt.* Nempe, omnia sic ordinante τοῦ Πυρὸς, Lumine, vt loquitur * Zoroaster, cum Mercurio; vel Ioue, καὶ Ἀνάγκῃ vi, vti Hippocrates cum Orpheo; vel alio & potiori sensu, quē mox cöiectas Orthodoxus, יהוה IEHOVAH, vti Moses cum vetustissimis Hebræorum Patriarchis.

* Et gide circa hunc Hippocratæum Griphum Zuingerus suis in commētariolis. Nec-non Casauboni Filius vno aut altero, & tanquam per Satyrā, suorū Operum loco.

* *Vti passim in oraculis magicis.*

Cæterùm, hæc fermè omnia, siue quæ Capellam, siue quæ Hippocratem hùc spectant vsque, ex Veterum scriniis sedulò eruta, nec aliundè quæsita, haud enim nostram sapiunt mentem, & in hanc quam tibi inscripsimus, Diatribam apposité cötexta, maximam sanè nobis spem faciunt, summâ illam mentis acie, quâ quidem haud parùm viges, à te peruestigatum iri, & eximiâ simul, quâ frueris, Vrbanitate iri quóque acceptum à te, & comprobatum.

Tibi deuotissimus IOANNES FRANCISCVS GRANDIS.

FINIS.

ERRATA

PAg. 32. *in marg.* occuluerunt. *l.* occultauerunt, vel occuluerunt. 34. l. 14. deceratum *l.* decoratum. 55. l. 11. Pitbagoras. *l.* Pythagoras. 58. l. 6. peruestigastum. *l.* peruestigatum. l. 7. lucretias. *l.* lucretius. 59. l. 16. qui. *l.* quæ. l. 17. motus. *l.* motum. l 18. nacturus. *l.* nacturum. 61. l. 17. quo. *l.* quâ. 63. l. 16. iugitur. *l.* iugiter. 64. l. 1. actus. *l.* acti. l. pen. cicatur. *l.* cieatur. 66. l. 3. adhiher. *l.* adhibet. 67. l. 14. subientis *l.* subeuntis. l. pen. caacta. *l.* coacta. 68. l. 19. quæ. *l.* qua. suppotitiam. *l.* suppostitiam. 69. l. 12. magnus. *l.* magnam. 75. l. 18. coaduna. *l.* coadunan. 93. l 19. *post* state, *adde.* non. 99. l. 17. Caiectanus. *l.* Caietanus. 102. l. 6. *ἐδύνατον l. ἀδύνατον.* 110. l. pen. Atomus. *l.* Atomi. 134. l. 5. vnus. *l.* vnum. 142. l. 9 prædicta. *l.* prædita. 144. l. 4. assensitur. *l.* assentitur. 15. l. 27 amalitione. *l.* amolitione. 64 l. 10. ipsimum. *l.* ipsissimum. 68. *in marg. dele.* petat. 78. l. 22. competes. *l.* compotes. 87. l. 6. valgarem. *l.* vulgarem. 93. l. 28. si. *l.* sic. 100. l. 24. Phildani. *l:* Philolai. 101. l. 28. Planetam. *l.* Planetarum. 105. l. 16. Panegyrismorum. *l.* Panegyricorum. 132. l. 4. plurimus. *l.* plurimis. 134. l. 4. transtendere. *l.* transcendere. 15. quitem. *l.* quidem. assciscere. *l.* ascicere. 139. postulatas. *l.* postularas. 155. l. 1. circca. *l* circa. 170. l. 27. tractatibilem *l.* tractabilem. l. 15. paternnus. *l.* paternus. 186. l. pen. conscendre. *l.* conscendere. 188. l. 28. delibramenta. *l.* delibamenta. 190. l. 2. intelligibus. *l.* intelligibilibus.

IN DISSERTATIONES PHILOSOPHICAS ET CRITICAS, INDEX.

A

Artes

Quid

Cc

FINIS.